







ex libris c. n. Reumwais
de jorau medicinae studiosi
1772

IN EPILEPSIAM EXERCITATIO,

QVA VARIÆ INSVLtus Epileptici deſcriptiones, eiuſdem vera definitio, & cauſa germana deteguntur.

Cum diuiſione ætatum hominis, quarum conſideratio ad prognoſim tanti morbi requiritur, eiúſque in ſingulis ſeptenariis diligenti curatione.


Iuxta vera martis Medicæ methodum, adiecto Capitum Indice.

Authore MELCHIORE CARTERIO *Dracenenſi, in florentiſsima Academia Toloſana Doctore Medico aggregato.*



TOLOSAE.

Apud Raymundum Colomerium, Regis & Academiæ Toloſanæ Typographum 1617.





CLARISSIMO VIRO D. DOMINO FRANCISCO de Bertrand, Domino de Moneuille, &c. in amplissimo ordine Tholosano Senatori integerrimo.

M. CARTERIVS S. P. D.

EXarâram olim, tradiderãque Typographo typis mandandum Opusculum quoddam de morbo sacro, seu Epilepsia, idiomate vulgari concinnatum (Regie Consiliarie) vt tuo nomini inscriptum feliciùs in lucem prodiret, nescio tamen quo fato, quáue incuria steterit hactenus inexcussum in Chalcographia; quod cùm absentiam nostrã

eloquiúmque quo contra optimorum Medicorum ritum vtebatur causam esse intelligerem, dedi operam illicò vt Latinè loqueretur, suóque Mæcenati dicatum votúmque euulgaretur: hæc est fœtura tui Clientis primaria, quam in peruoluendis Medicorũ monumentis, ægrísque tractandis animo concepi, conceptam peperi, partamq; felici numine in lucem protuli, vt hac via otium præter morem mihi concessum, data opera, falleretur. Quid quæso à curatione & visitationibus ægrotantium præstitissem, nisi flosculos hinc inde per Medicinæ senticosos & labyrintheos recessus sparsos, in locos communes veluti aphorismos coëgissem, aut multa solutu difficillima, soli mihi enodâssem, quorum lectione artis Iatricæ oceanum per-

functoriè, citóque percurrerem? Sic pæ-nè duo lustra à me transacta sunt, dum ad maiora supremo, tuóq; numine promoueri, euehíque valeã. Et mehercule quamdiu vitæ nostræ angustiæ patientur, tãdiu sanè omni opera, studio, improbóque labore adnitemur, vt Medicis principiis initiati, rude tandem aliquando donemur, si fortè contigerit nos imposterum albo emeritorum adscribi militum. Scis quid velim, Vir admirande, à quo sphinga & obscura quæuis ænigmata, tanquam ex oraculo Delphico, vel Oedipode dissoluenda sciunt & intelligunt non solùm Galli, in quos multa & cumulata contulisti beneficia, sed exteræ Nationes, ad quas dignissimus Legatus missus, Senatus Tholosani, & totius Regni Gallici

gloriâ multis honoribus fueris exceptus: Quid multis? elogium hoc tuum omnium in ore versatur, fama volat, dummodo nostras & multorum amplissimas acceperis grates nobisq; diuturnos annos viuere possis. Ex me autem sic habeto; nullam officij partem vnquam me prætermissurum, quin aliquod tui olim in me collati beneficij, & amoris specimen quoddã præbeam, aut summam, incredibilémque ingratitudinis notam inussisse me existimarẽ. Accipe igitur fronte serena has meas lucubrationes præcoces, earúmque acerrimus esto defensor; donec zoilus hinc longè abeat ilia rupturus, aut maledicendi pruriginem depositurus, easdem si gratas intellexero esse tibi, ad maturius, maiúsque parandum opus animos nostros prouocabis, Vale.

PRÆFATIO.




Portunè ad viciſſitudines horum ſublunarium edendas, continuos cœleſtium Orbium motus admirandus rerum omnium parens, ſine quib. nulla aut corruptio, aut generatio haberetur, prudenter inſtituit & imperauit. Clament ergo iure optimo Philoſophi, ſolem & hominem, hominem gignere, & profectò cætera quæ vegetāt ſolis & Aſtrorum influxu, medio ſemine oriuntur, ortáque tandē ad interitum præcipitantur: optima igitur ratione homo æternitatis ſuæ ſpeciei, quæ, vt & cęterorum animalium generatione propagatur, perquàm ſollicitus, innumeris inſultib. obnoxius, culpæ forſitan antiquæ vitio, non dicam diſſidio, & pugna qualitatum, excrementorúmque prouentu, multa in ſubſidium per-

ſcrutatur attentiùs, vitæque propriæ diuturnitatem continuò quæritat, Medicinæ cælitùs datæ, multa accepta referendo. Nam tametſi natura, quæ ineptè admodum à Plin. Momo, & aliis eiuſdem formæ pſeudophiloſophis humano generi Nouerca, Brutis autem benigna parens extitiſſe refertur, quales nos edidit ſemel, eōſdem integrè non poſſit ſeruare, innumera ſaltem nobis obtulit præſidiorum genera, longo etiamnum vſu & exercitatione deprehenſa: quorum ope qualitates à temperamento ad iuſtitiam inito recedentes, ad ſymmetriam quamdam ſeu commoderationem non rarò reuocantur: ideò adinuenta Medicina, aucta, perpolita, ſuíſque ferè numeris abſoluta, vt quæ ad morbum, qui corporis actiones manifeſtè lędit, præcipitant, diæta, Pharmacia & Chirurgia domet & moderetur perſæpe. Inde inquam tot authorū

libri adinuenti, tot diſſentiẽtes multorum ſententię ad vnum, eumdémque nodum extricandum exortæ: vt non ſit mirum multos non vulgaris nominis viros, genio proprio cõmotos ab aliorum veſtigiis toto vt aiunt cælo aberrare; dum conſultò ſibi proponunt, nihil humani ab illis fuiſſe alienũ. Nec profectò ſcientiæ, artéſque liberales in magnam molem excreuiſſent, niſi veritatem multis obuolutam tenebris multorum diſſidia in apertam lucẽ ſubleuâſſent. Eorum exemplo in conſtitutione cauſæ Epilepticæ non proprio marte ſolùm, ſed firmioribus priſcorum, neotericorúmque fundamentis, patrociniiſque adiuti, ita veritati adhęſimus, vt ne latum quidem vnguem ab ea diceſſiſſe quemquam teſtari poſſe hæc noſtra exercitia ſatis vel cuilibet probo & veri amatori declarent. Garriant ergo liberiùs qui quoſuis conatus, primóſque fæ-

tus ab vtero ſuffocare decreuêre, ea lege, ne Theonino dente nos mordeant, aut conuitiis mordicùs inſectentur, cum minimè calumniis maleuolorum, ſi qui ſint, ſed mihi ipſi, alumníſque Hippocratis & Galeni recèns natis hæc offerantur delibanda, à quibus, vt ſpero, benignè aliquantulum excipiar & humaniter, ne impoſterum pœnæ terrore, limæ aſperioris, vel cenſuræ ſeuerioris metu, fructus noſtri immaturi ex arbore decidant, & informes quos adhuc parturio fœtulos, iterum, iterúmque in lucem pariant.



INDEX CAPITVM.

AVTHOR AD INVIDVM Epigramma.

INuide, maturos nondum vis carpere fructus,
Aspera, qui nostri poma laboris edis.
Dulce mihi sapiunt, quæ culto reddidit horto
Dextra: colis melius tu? meliora feres.

EIVSDEM IN LIBRVM Epigramma.

I Liber ignoti nomen clarescere, & altum
Tolle caput: nostrûm tu prior, esse potes
Fama sequetur opus, tecúmque per aëra dicet.
Si placet hic, paulò post sibi frater erit.

IN ZOILVM.

QVid mihi caprinos offers in origine dentes
Zoile? taurinis méque tuere oculis?
Nos alimus mentes: si dens tibi pruriet, aufer,
A tergóque tuos quære prophane cibos.

AD AVTHOREM CHARISsimus affinitatis & mancipij iure nexus Deportanus Castricæsarinus Iuris vtriusque doctor.

PHœbus inauditam Medicinæ cæperat artem
Inuentis Nati crebruit aucta nouis,

Addidit Hippocrates; tamen imperfecta manebat
Isto Carterius, fine coronat opus:

EIVSDEM IN EVMDEM.

Ode.

INgrata vitæ gens hominum datæ,
Summos gerebat pectore spiritus;
Cultus Deorum ejectus: vnde
Concilium ira Iouis egit.
Olli sub vndis nos statuunt mori:
Dissentit alter, qui cineres Notis
Nos mallet in auras ferendos,
Fulmineo recreatus ictu.
Pars vna, ferro membra secârier,
Languêre viuos altera pars fame:
Pars mitior, maióque, pelli
Membra noui grauitate morbi.
Effusa mundo tunc Epilepsia
Auræ malignæ vi cerebrum quatit:
Balbuties linguæ, tremorem
Consequitur stupidósque somnos.
Vertigo mentem sede mouet sua,
Tenduntur omnes musculi, & intimo
Pugnatur ictu Microcosmi
Ipsa sua arx ruitura mole.
Vultus cadenti pallidus: occupat

Extrema frigus: nunc oculos rotat,
Spumáque dentes, & saliua
Ora madent; strepitúque calcis.
Terram negatæ poscit iter viæ,
Manes ad imos: compita talibus
Spectaculis cunctos tenebant,
Nec Superûm satiatus ardor.
Latona donec mater Apollinis
In monte Regis Thessaliæ, docet
Armenta pascentem, medelam
Ferre nouo subitam veneno.
Hic morbus illi, templáque Delphica,
Pindúmque, & almæ vota coronidis
Sacrauit: ortus Aesculapi,
Vnde tuos Epidaurus effert.
Debes eidem morbo, & eburneas
Templi columnas, & statuas tuo
Sacras labori: debet illi
Roma tuos medicata cultus.
Ira Deorum, nos Epilepsia
Grauamur omnes: Carterius docet
Curare morbum quis negabit,
Tertium eum, numerare diuum?

AD D. CARTERIVM IN Medicina doctorem.

N*On paueat tuus iste liber solémque diemq́;*
Carteri, nihil est liberum ab inuidia,

Ergo macte animo & noli desistere; quamuis
Inuideant multi, nemo imitator erit.

Petrus Leonetus Moyssacensis in suprema Tholosana curia patronus.

DE D. M. CARTERIO Medico celeberrimo,

Epigramma.

DVm glomerat tetricos multorum hinc inde labores
Vnus, quod multi non potuêre, potest.
Quippe negauit opem morbo Medicina caduco
Hactenus in varios non bene fusa libros
Dat modò: Carterius fusam digessit in vnum:
Ergò, qui multis, huic honor vnus erit.

A. D. Roques aduocatus.

IN COMMENDATIONEM D. Carterij doctoris Medici.

CVr pandis phœbea cohors arcana medendi
Morbis, cum sacrũ vix penetrare queas;
Multa doces Galene Pater, deuincis honores
Hippocratis: sed nunc vinceris arte noua,
sonticus elucet morbus depellitur arte

Carteria, causam poscis? Apollo refert.
Morbi cura sacri, sacrum spectabat alumnum,
Natum nónne sacrum dicet Apollo suum?

H. De Virole aduocat. Castrisarracenus.

AD D. D. CARTERIVM doctis. & claris. medicum in commendationem suæ Exercitationis Iacobus La combe Castrisarracenus Theologiæ sacræ studiosus.

ODE.

Gens humana ruisset acta
Prorsus in nihilum, tonantis
Cum dexteram in proprium irritauit
Verticem, & miseram malorum
Vrnam pandere fœminam egit,
Vrnam quæ gemitus grauésque
Planctus nunc etiam facessit,
Hinc multo genus omne morbi
Concursu simul irruisset
In supremam hominum ruinam.
Quis, prob dij, sua fata tanto
Felix subtraheret furori:
Afflictis Pater ipse rebus
Labentem miseratus orbem

Nî tulisset opem, imminentis
Plurimam remouens mali vim:
Sic læsi ira Iouis quieuit
Nostris fessa malis, & ipse
Grassantes hominum labores
Immissæ reparauit arte
Gentis, illa modis dolores
Miris sustulit, & salubres
Morborum docuit medelas.
Ac qui natus erat Deorum
Felici auspicio, acriora
In mala exitium parauit,
Humatos reuocare ab Orco
Manes, atque soluta fata
Alterum religare in æuum
Vim Phœbus Apollo proli
Vni posse dedit, parentis
Hæc Dei, Deus ipsa, forti
Freta præsidio, nigrantes
Ditis depopulauit ædes,
Pallidámque Deam subegit.
Si tamen superare poßet
Vis humana Deum, labori
Quídni tale tuo trophæum
Debitum potius fuisset?
At, si vnum excipias furorem
Lethi, quæ vehementiori
Nos premit stimulo mali vis

Cesſit victa tibi, triumphus
Reſtat ille tibi, ille primus.
Mors, cùm membra ſubit, ſepultat
Alterius animæ tenebris
Senſus, atque vbi cœpit intus
Sontici rabies laboris
Fit breuis ſpatij breuis mors
Sic quæ cuique ſuis ſeuerè
Aequatam meritis rependunt
Mercedem ſimili aſtra lege,
Minus tale tuo labori,
Carteri, tribuunt, quod vna
Merces phœbigenæ relata
Audeat ſibi poſthabere.
Ergo det Medicina primas
Proli Apollo tuæ, licétque
Edat Hippocrates querelas
Dentur Carterio ſecundæ.

AD EVMDEM.

Epigramma.

SOntico miſerum genus labori
Dum eripis, titulo tibi parentis
Quam iuſto Medica facis arte nomen
Dat ſentire ſemel parens in ortu
Et te, qui toties pro labore
Senſus reſtituis medens cadenti,
Verum nomine, Carteri, parentem
Quiſnam multiplici negabit eſſe.



DE VARIIS NOMINIBVS ET DESCRIPTIONIBVS Epilepsiæ.

Cap. I.

EPILEPSIAM huius operis subiectum, symptoma omnium sæuissimum, à diuersis nationibus varia sortitum legimus nomina, sumpta modò à similitudine grauioris cuiusdam accidentis, modò à loco quem obsidet, causa efficiente, mox etiam à re quapiam insigni, summæque molis, vti consecutione quadam & ordine quasi digito ipso commonstrabimus.

Aristoteles naturę Genius vocat Epilepsiam morbũ Herculeum, ducto nomine ab antiquis Quamquam opinioni huic reluctetur Gal. in epid. dicátque tale sortiri nomen vehementiæ & ma- *Par. 3 Problem.*

gnitudinis ergo, vel propter necessitatem medici probatæ doctrinæ, quo indigent qui insultu agitātur Epileptico.

Morbus sacer. Græci morbum sacrum vocitant magna sacra profitentes, qua ratione impositum existimo nomē libello de morbo sacro: qui Germanus & Hippocraticus existat nécne, aliorum esto iudicium.

Antiqui cerebellis abstinebant. Antiquiores ratione loci rem sacram nominarunt, quemadmodū & Ægyptij, quorum mos fuit in iuramentis per ipsum caput res asserere, nec cerebellis quibuscumque vesci, habita tantæ partis præstantia, quam summo honore & obseruantia prosequebantur. Hanc sententiam amplexus est Aristoteles. *In quæst. problemat. 33.*

Morbus diui Ioannis quomodo dicatur. Vulgus nomen diui Ioannis illi indidit, dum videt præsidijs physicis & naturalibus curari & auferri persæpe non posse, ad sacram diuûm anchoram recurrit libenter, aut si máuis, quia sacrum diui Ioannis caput Herodia angue peiore postulante, in terram cecidit vt testatur sacra pagella.

Comitialis cur dicatur. Celsus Romanis assentitur, à quibus comitialis morbus dicitur; frangebantur etenim & dissoluebantur comitia si fortè

quis hoc symptomate cõuocatis comitijs (quæ rerum publicarum agẽdarum, magistratuúmque procreandorum gratiâ fieri solebant) premeretur & caderet. Huius rei fidem facit luculentissimam Serenus suis versiculis.

Est subiti species, morbi cui nomẽ ab illo est.
Quod fieri nobis suffragia iusta recusant.
Sæpe etenim membris acri languere caducis,
Concilium populi labes horrenda diremit.
Ipse Deus memorat dubiæ per tempora lunæ
Conceptum, talis quem sæpe ruina profudit.

Duretus doctissimus comitialẽ morbum dici putat, non propter allatam rationem, sed quia in actibus & publicis concionibus elucescat Epilepsia: qua ratione Alcibiades diuinum quid concionanti intrepidè existimabat inesse. *Qui di-catur à Duret.*

Vocant alij morbum caducum à casu, vt verbum ipsum denotat, aut à similitudine decrepitorum hominum versus terram corpus inflectentium, laxata aut resoluta dorsi spina, quam catenam argenteam Salomon profitetur. *Morb. Caducus*

Astronomi & qui varios rerum omnium ortus & interitus quibus diffidij *Morbus Lunar.*

lege natura vniuersum compleuit, ad astrorum motum perennem & indefessum referunt, morbum lunarem aut lunaticum proferẽtes. Et quę illos mouet ratio, ea videtur, quòd si gulis nouilunij temporibus illo torquentur & affliguntur Epileptici: quam rationem summi momenti vel quiuis leuiter in philosophia versatus concedet; dum inferiores lationes à supremis gubernari mente complectatur, teste philosopho.

lib. de Cæ. de ort. & int. & meteor.

Ab his qui hoc morbo sæpius ægrotare solent, & ab ipsamet pueritia Hipp. & Galenus Medicinę parentes, puerilem morbum & patrio idiomate παιδίον νόσημα solent nuncupare: & profectò tenelli huiusmodi frequentiùs illo agitantur, & intereunt illius acutie, quã vel adolescentes, vel ætate parùm prouecti, à maiori, vt fusius infrà patebit, excrementorum aceruata copia.

Morbus puerorum vel puerilis.

Diuino seni in Epidemicis nominatur Fulgor, eo quod fulguris instar moueri soleat & ocyssimè.

Fulgor Hippocrati.

Arabum Princeps Auicenna matrem puerorũ Epilepsiam vocitabat. Alij Arabes conuulsionem non proportionatam dicũt, quia partes conuulsæ causam

Mater puero. Auicenna.

conuulsionis inanitionem & repletionem in se non contineāt. Plinius vocat morbum sentientem, eò quòd neruos eorúmque principium agrediatur. Iurisperitis dicitur morbus sonticus, quod grauem noxam inferat vt notat Vlpianus. Νόσημα παλαιπαῖον vocat Alcęus quasi maximi pōderis morbum. Veteribus ex Aræteo elephantiasis aliquando fuit nominata, propter rei magnitudinem & grauitatem.

In ll. 1... Tab.
In l. ... §. si qu... ff. si qu... cant. iu... sist. fac... nō obliem...
Elephan... morbus ... lim dic... batur.

Guttula nostratibus fertur, quia in modum aquæ delabentis guttatim in cerebrum, moto veneno videatur decidere; vt paulò post planiùs à nobis ostendetur.

Guttu... prouinci... libus. ... quare.

Dominus Taxilus Arelatensis Medicus non infimæ doctrinæ similem prouinciam perlustràuit sermone Gallico. Illum adeat curiosus lector.

Occitani morbum nūcupant passerculorū, cùm auiculæ illæ Epilepsia seu morbo caduco tanquam furijs agitatæ creberrimè decidant, sicuti Coturnices, Formicæ, Arietes, Oues, Canes, Falcones & reliqua animantium genera philosophorum iudicio. Non solū hoc, sed & quouis morbi genere laborare fa-

Passerc... morbus.

tetur author de morbo sacro. Sed ne quis nominum tantam varietatem demiretur, dicátque medicum dedecere, de nominibus inutiles controuersias inire, legat Fernelium omnium sui & nostri seculi medicorũ antesignanum in præfatione libri quinti de partium morbis, qua ratione nomina affectibus ab antiquis imposita fuerint affabrè demonstrãtem. Adde rerum nomina, quæ conceptus animæ significant & descriptiones, essentialibus definitionibus esse notiores, quibus sæpe Gal. vtitur.

Epilepsia [illegible] nen huius affectus & quare.

Nomen verò magis aptum & conueniẽs, vt per illud res significata docet, Epilepsia dicitur ἄπο τȣ̃ ἐπιλαμβάνειν nomen habẽs, quod desursum capere & deprehendere significat, vel quod caduci rerum omnium obliuione teneantur in paroxysmo & casu. Sed relictis Epilepsiæ tot acceptionibus & nominibus ne contemptum lectori beneuolo pariant, ad res properandum ipsas, allata definitione essentiali capite proximo.

DE DEFINITIONE MORBI Epileptici.

CAP. II.



RERVM omnium definitionẽ tãti fecere Romanus orator & Philosophus ante illum, vt omnimodam rei definitæ essentiam ex illa facilè depromi publicis consignârint monimentis. Nostram felici numine, seu potius Galenicam Epilepsiæ definitionem ferimus, sequenti verborum circuitu. Epilepsia est conuulsio corporis totius, cum rationis & sensus priuatione aliquod temporis interuallum perdurans. Sed altiùs paulò ingenij acumen protrahendum existimo, vt in pulcherrimam & tanto medico dignam sententiam excurramus aliquantulum & liberiùs spatiemur. Est ergo obseruatione dignum, pro dicendorum perfecta notitia, conuulsionem (quæ nihil est aliud quàm neruorum ad originem retractio, seu symptoma facultatis motricis voluntariæ,) esse duplicem, si modo à causis efficientibus iudicium sumas (tres alioquin species à

1. officij. in post analy

Epilep definitur conuulsio.

symptomate adnumerat Gal. τέταρον, ἐμπροσθότονον, καὶ ὀπισθότονον) Vnam scilicet, quæ inanitione contingit, alterã quæ repletione. Prima euacuatio & humidi primigenij cõsumptio longa oratione probatur à Galeno, quæ sequitur abundantem & naturæ leges superantẽ hæmorrhagiã, febres, acutas, ardẽtes, phlegmonas, phrenitidẽ, vulnera, medicamẽtum effræne & hypercatharticum, aliáque id genus accidentia, vt multis Hippocratis sententijs, Galenique cõmentarijs latum legimus. Iis nãque pathematibus humidum innatũ absumitur, neruique & ligamenta, musculi & tendones nectare viuifico & genio fraudati iuuamen & opis aliquid à viciniori-bus poscentes cõuelluntur & originem in consortium trahunt. Huius in pręsentia non meminimus, sed eius solius quæ repletione fit & oritur, quæque, proh nefas! multis nominibus horrenda mouet symptomata, aura maligna, inimica quadam facultate in cerebri substantiam etiam profundiorem, eiúsque menynges irrepente, à quauis sede, aut loco, vt plurimum causa ignota, expiret: vt commota tantæ sedis facultate ad

Com. in Apho. 1. l.

5. Apho. 3 & 4. Apho. 9. & 25.

noxium foràs propellendum colluctatione quadã ac dimicatione in extraneã hãc qualitatem, cerebrum, & totum corpus vehementem ſuſtineat conuulſionem, & vellicationem, medijs neruis & beneficio ſympathiæ, qua vniuerſa corporis compages eſt vnita. Et tametſi cerebrũ nullo aut exiguo ſenſu videatur præditum ex dicto Galeni, habet tamen vt & cæteræ corporis partes inſitã vim naturalẽ noxia pellendi. Quãuis, vt retuli, ex ijs aliæ cũ ſenſu animali prę-ſtare videãtur, aliæ abſq; illo, veluti oſſa, viſcera, crebri ſubſtantia, & quædam artuum intermedia ligamenta, quæ nullum ferè ſenſum, vel obtuſum admodũ habere deprehenduntur, quæque à media oſſis parte ortum ducunt; vti quę tibiam cum coxa contingunt, & femur cũ coxẽdice. Quod diuina natura pręſtitit, ne ob perpetuos motus triſtis & querula ſemper animalium vita extitiſſet, & tametſi neruos non excipiant aut inſenſibiles videantur, ſentiunt tamen ea ratione qua mouentur ſenſu naturali, noxióque quouis affectæ ſuis inſitis facultatibus, feliciter quæ officiunt foras relegant, & propellunt, non impeditæ.

Cap. 8 1. de cau. ſymp. 3. de cauſis ſymp. et alib.

Hoc modo in ſternutaméto & Epilepſia mouetur cerebrum ad noxia excludenda, in phrenitide & cerebri eryſipelate ſanguinis è naribus mouetur profluuium, & in capitis dolore pus aut aqua, ſanguis, vel quid ſimile anxium & moleſtum, cerebri facultate validius detruditur. Sic inquam murmura & flatus ab inteſtinis, palpitationes à corde, vomituſque à ventriculo facultate inſita mouentur & ingenita.

In Apho. ſec.6.

Quòd Conuulſio ſit vniuerſalis ſenſus iudicio, vel cæcus videre poteſt, paroxyſmo in ægrum ſæuiente. Etenim cerebro affecto quod à Galeno neruus ampliſſ. & molliſſimus appellatur, totũ neruoſum genus, quod eodem authore cerebrum reſiccatum fertur, momento temporis in illius ſympathiam trahitur, & eodem contracto, nerui omnes corrugantur, vt Arabis dictione vtar, & maximè in Epilepſia quæ cerebri eſt affectus, in quo venenum ita atrox eſt & crudele, vt non ſolùm partem anteriorem, ſed & poſticam, totum denique cerebrum & corpus continenter infeſtet; vt ex membrorum iactatione rectè ſpectanti innoteſcit. Nam cùm cerebrum

8 de vſu partium.

toti corpori sensum tribuat & motum, idque neruorum interuentu, quorum munus est per interiorem sui substantiam spiritum animalem deferre, quomodo principium conuelleretur & gehenna crudeli torqueretur nõ tracto in societatem reliquo habitu? Est siquidem partium omnium vna conspiratio, vnus confluxus, omniáque sympathea. Priuatio subsequitur rationis, cùm spiritus animalis primarium obeundæ facultatis instrumentum, facultatis radijs perfusum, ingressum & aditum habeat præpeditum & occlusum à materiæ crassæ, virulentæque commotione ostiola vasorum, arteriarum scilicet, neruorum, & substantiam ipsam cerebri obturante obsidentéque, de mandato Galeni.

L.3 de vsu par. cap.11.

7 de placit. Hipp. & Plat.

Ex Hipp.

3. & 4. de loc. 2.

Tandem principes animæ facultates imaginatio, ratio, & memoria, à solito auertũtur & perturbãtur munere, dissidio totius animalis sedis, & materię virulentæ commotione. Hæc vides pati animã non ratione suæ essentiæ, aut in se. Est siquidem immortalis & passionis incapax, cùm corpori materiam non communicet, more eorum quæ inter se pati cernimus; sed per instrumenta & facultates quæ sunt mutationi obnoxiæ, ea-

rúmque opera, quæ non habent naturaliter & bene, læſo ſcilicet aut corrupto organo.

Senſuum adeſt omnium oblæſio & mentis, quia læditur in hac affectione commune ſenſorium de ſingularibus dijudicans: remanet autem motus, ſed deprauatus, quia imperium eius nõ omni ex parte intercidit. Qui reuera deleretur, niſi prouida & ſagax natura neruos motui dicatos ad recipiendũ præ ſiccitate minùs aptos efformâſſet. Opus ideò; fuit tales extitiſſe ad mouendum ſuſtinendúmque, neruos verò ſenſus molliores ad faciliorem perceptionem rerum obiectarum; cùm ſenſus ſit paſſio & ad ſenſum exigua vel paucilla requiratur facultas. Hi quinque ſenſibus non egrediuntur parte anteriori oriundi, in qua imagines & rerum obiectarum ſpecies primo intuitu offeruntur, tanquam parti metaphyſicæ rei dicatæ. Multùm ijdẽ patiuntur in paroxyſmo Epileptico propter eorum & mollitiem & originem, quam primùm & præcipuè venenum obſidet. Illi autem à poſtica & ſexto neruorum pari orti ad abdominis vſque extrema ex Anatome extẽdũtur:


Lib. 9. de ſu par. c. 4 & 7 de lo. Hi. & lat. c. 8.

qui quidẽ afficiũtur ſed non adeò graui tortione, cũ quæ ſiccisſima sũt & durisſima difficilè alterẽtur ab obiecto ſenſibili. Illi ſenſum ferè ſolũ habere dicũtur, hi vtrũque ſenſum & motum, vt nobis hac in parte patrocinatur Galenus. Ille namque vno eodamque neruo ſenſum & motum diſtribui & deferri ſignificauit; & par erateos ſentire dum mouerẽt, vt obiecta ærumnoſa ſenſu percepto effugerent: quòd ſi mollities & durities neruorum ſpecies non conſtituant, id ſaltem fieri ratione ortus, illius diſtantia, & interſtitio, aut inſertionis ergo, exiſtimandum cenſeo. *Lib. 1. de loc. aff. c. 6.*

Age verò ſapientisſimum animal, cui non pauca diuinitatis ſemina lucent, cui inquam corporis vires ſuppetunt robuſtisſimæ, omni virtutũ genere perſæpe cumulata ſcientia extempore rationis, memoriæque vſum amittit, & quod peius eſt ſenſuum miniſterio orbatur non videt, non audit, imò tactus animalis character ei deletur, relicto motu deprauato & ad tempus, vt particulæ definitionis declarant, donec tandem alexiterijs, manu auxiliari medica, vel naturæ viuidioris energia virus abſorbeatur.

Ecce quomodo anima immortalis formarum omnium præstantissima in infelicibus huiuscemodi facultates habeat delapsas, per aliquot temporis interuallum, vt indicant verba vltimo exponenda ex Gal. qui conuulsionem interpolatam Epilepsiam libera professione est confessus, deducta à Tetano eiúsq; speciebus socijs collatione. in quibus nunquam mens, sed solus offenditur sensus tactus; diutinæque conuulsiones existũt. Hæc autem vt plurimùm breuissima est & citissima propter eam, à qua fit, materiam flatulentam, vt authoritatibus ratione suffultis probare nitar imposterũ & præsertim capite de causis internis.

3. lo. cor. aff. c. 7 & 4 de loc. 2.



DE DIFFERENTIIS MORBI Epileptici.

CAP. III.



SVPEREST vt ordine, seu recta methodo singula capita recenseamus, ostendamúsque qua in arce, virus Epilepticum tanquam Dionysius alter multis viribus, muriísque fortioribus se

aduerſus humanum genus obuallet penitiſsiméque ſeſe muniat, quod Deo bene felicitérque fauēte præſtare nitemur, ſi meliorum medicinæ procerum ſententijs adhærentes beneuolus artis Apollineæ ſtudioſus attentiùs paulò audire nos non dedignetur. Galenus vir memoriæ & ingenij incomparabilis, triplicem huius morbi differentiam profitetur, quarum prima illa eſt, quæ per affectionem cerebri primariam contingit; humore melancholico flatus innumeros generante, comite pituita in eodem ſtabulatis. Eam idiopathicam vocare nobis eſt in more poſitum. Secunda eſt, cùm ex veneno in vētriculi fundo latenti, ſepultóque flatulentus ex eo ſpiritus ſeu aura maligna ſurſum effertur, quod per ſympathiam fieri exiſtimamus. Sympathia autem definitur affectus præter naturam partis alicuius vitio impertitus. Remanet tertia teſte Galeno, quæ à quauis corporis particula enaſci poteſt, dummodo prædictis inferior ſit & ſubjecta. Hac quondam torquebatur iuuenis ille cuius meminit idē citatus. Is namque percipiebat auram illinc è tibia ad cerebrū medijs cruribus

3. de malē aff. par. c. 7.

& per imminentes illis lumbos, humeros & ceruicem rectà conscendere & deferri, paulóque posteà atrocissimè cõuellebatur. Præter has aliæ duæ eodem authore sunt constitutæ; alia est ex initio & ab humoribus corruptis emersa, alia verò post, quę ob errores in victu & alias causas externas solet aduentare. In quibus non videtur constare sibi tantus vir, cũ initiò capitis in margine lati, Vtq; de morbo, inquit, comitiali deinceps dicendum sit, quandoquidem hic quoque interdum ipsomet affecto, interdũ alijs consentiente cerebro euenire solet. Tot summi ponderis differentias, non hostiliter impugnamus, aut contemnimus, modo Galeni manes nobis hac in parte dignoscant, binas solum constituẽtibus: quæ optimo cuilibet medico sat esse poterunt, dummodo rei absit inuidia. Etenim, si rectè contemplationi incumbam, aut duæ solum, aut plures tribus, sunt instituendæ, nisi in illorum crimen incidere velimus, qui conuulsionem triplicem contra diuini senis decretum cõstitui debere somniarunt, præter eam quæ repletione, & aliam quæ ab inanitione nascuntur, tertiam quãdam imagi-

6 epi. com. p. tex. 5.

3 de loc. c. 7.

6 Apho. 39


nariã, quę à nerui punctura nascitur, quã ad repletionis genus refert Galenus in arte medicinali, in qua, vt quod in vulnere est expiret, aperturam & exsiccationem imperat. Inferre igitur ex Gal. tres dumtaxat differentias, est pauciores quam par sit facere; cùm ratione diuersarum partium, quas venenũ persæpe occupat, vt in actu practico sæpius notauimus, plures inueniantur. Verbi exemplo: quę cerebri, ventriculi, laterum, crurum, tibiarum, digitorum, & vteri vitio contingit: corrupto sanguine semineve retentis præter naturę leges. Id multis medicorum monimentis posset confirmari. Aliquot feram ad faciliorem doctrinam. Fernel. non paucas nouit mulieres vtero gerentes crebro Epilepsia corripi, ob allatas causas, quod nos non rarò sumus experti, verisimile namq; est fœtum adhuc tenellum & debilem absumere non posse & exhaurire sanguinis reliquias, à quibus nõ rarò atrocia mouentur symptomata, statis scilicet & ratis temporibus; præsertímque nouilunio, fluente & restagnante sanguine menstruo ad ventriculum & partes superiores: fomes igitur morbi huius (morbum

Et 6. Meth. 6. 45.

3. de loci citato.

6. 3 l. 5 de part. morb.

voces aut symptoma parùm, aut nihil refert) poteſt contineri in alia quauis corporis parte in qua deliteſcens, tandẽ per cæcos ductus furtim ad caput certo circuitu mouetur, vt ſequenti exercitatione edocebimur. Explodatur ergo vetus dogma admittantúrque duæ veræ & germanæ differentiæ idiopathica & ſympathica ad rerum cõfuſionem obliterandam & delendam.



DE CAVSIS INTERNIS morbi Epileptici.

CAP. IV.

DISSENTIENTIVM multorum ſententias & diſputationis non vulgaris campum ampliſsimum in conſtitutione & numero cauſarum, à quibus fiat & generetur inſultus Epilepticus, in præſenti exercitatione intueor quamprimùm. Quocirca cùm duo contraria à veritate non ſuſtineantur, medica ſtatera ſingula quæ hinc inde adduci poſſunt examinanda ſe offerunt, productis optimorum authorum patrocinijs noſtríſque

rationibus, quibus fluctuantes hac in re animi, eorúmque malè iacta fundamenta ante tribunal veritatis penitus euertentur. Aristot.& Gal.ad affectus delendos causas rescindunt, veluti parentes à quibus illi suscitantur & ortum ducunt, sunt idcircò noscendæ imprimis. Nam si morbi essentiã deprehenderimus, sedem affectam, eiúsque naturam, facilè moliemur per contraria curationem.

j. Phy c. 8 c.j.l.12 m.

c j. l. de symp. caus.

c.2 l p. methand.

Causæ verò duplices constituuntur, externa scilicet quã Græci προφασιν, id est manifestam vocant, de qua fusius sequenti capite. Interna alia Græcis προηγουμένη dicta, cuius gratia imprææsentiarum mouetur dubitatio. Causæ morborum internæ, vel sunt quatuor humores à vero & decenti temperamẽto dissiti, aut exiis vnus, quod est rarũ, aut venenum aliquod in illis, aut ab illis, tanquam à fræno retentum, quod malignæ nos qualitatis nomine donamus; vbiuis in corpore latitans, siue ab ortu & principio generationis, siue postea malo victus genere sit comparatũ. Cuius essentiam minimè percipimus, & qualitates venenatæ ex semine & san-

6 de loc. c.vj.

guine menstruo fieri nobis asserit Gal
quæ sunt omninò occultæ, vt testatu
Diuinus senex in epid. dum τεῖον τι
diuinum quid in morbis inesse palam
confitebatur: Et sane videmus non paucos epilepticos sensus iudicio euchymos, bene quadratos & naturæ temperatissimæ, qui tamen omnium grauiori tenētur paroxysmo, contra nostram & omnium expectationē. Sed vt res multis eò vsque loci inuoluta tenebris luce meridiana clarior nostra velitâtione innotescat, percurramus quæso, minutissima quæque quæ ad hanc rem pertinent inuestigandam; cum illorum sui sint scopuli, suæ syrtes, labyrintéique recessus, in quibus illustrādis nullo modo argumentationum probabilitati, sed rationi & experientiæ totus incumbam. Ordiar imprimis ab humoribus & à sanguine præcipuè quem nemo mentis compos dixerit causam, nec causa præsentis morbi reperitur in venis, saltem proxima, sed potius in supra habitis partibus cerebro, ventriculo & cæteris.
4 p.c.29. Adde sanguinem esse vitæ nostræ thesaurum ex Auicenna, caloris fomitem, spirituum omnium nobilissimam ma-

terialem causam, partiúmque pabulum. Ac ideò pertinaciter nō debere institui germanam epilepsiæ parentem, nemine adhuc id tale professo. Quod ad bilem spectat, nihil profectò minus, rarissimè namque in locis recensitis reperitur, cū illi potius frigidi, crassi, & viscidi humoris arces sint & conceptacula. Præterea illa cēsetur esse naturæ calidæ & igneæ, corruptionis præ cæteris humoribus & elementis expers, annuente philosopho. Frequens eius per supernas partes vt in πικρόχολοις ἄνω & per subiectas in πικρόχολοις κάτω ad fæces eluendas quibus natura destinauit, tum insensilis per furorem & aures eius dissipatio satis supérque testantur causam non esse tanti insultus. Bilem atrā forcassis intelligunt, à qua flatus innumeri & cruditates exsusc:tātur. Cui sententiæ lubentiùs, quàm impugnatæ subscriberem. Melancholici namque ex Hippoc. decreto fiunt frequenter epileptici & è cōtra. Omniúmque iudicio Callias & Socrates sunt epileptici, ergo humori melancholico obnoxij, innumerísque flatibus, prout in hanc vel il-

4 meteo. c p.

6 epid. par. 8 Apho. 44.

Arist. 2. problem. primo. lam cerebri partem prorepit humor. Sed quamplurimos in eadem esse naui, eidémque scopulo hærentes in faciéda causa esse video. Quibus procul dubio excrementorum frequens prouentus, non leuè composuit argumentum, laborémque improbum facesit. Hi siquidem phlegma constituunt germanam epilepsiæ causam, nulla alia admissa; qui quàm alieni sint & à veritate aberrent & deficiant, æquus veritatis iudex, trutina Medica facilè cognoscet. Tum in contemplatione eius naturæ ineptæ, tardæque, vt habet contra Auicennam subtilis Auerroes, tum etiam formæ ad illud præstandum inertisimæ spectatione: quibus potius in subiecta membra demandaretur, quàm temporis momento, simul & semel ad caput moueretur; vbi in ventriculo stabulatur, vtero coercetur, digito affigitur, hypochondrijs fouetur, & similibus partibus sepelitur, quibus in locis si non concedatur, nullum sympathicum retinere licebit insultum Epilepticum, sed eum duntaxat, qui cerebri affectione contingere solet. Nisi velint esse causam semotam ex qua emergat

3 collect. 41.

qualitas & aura maligna per circuitus mota de repente. Quod admittendũ esse non aliter quàm virus venereum in multa humorum colluuie latere semper existimaui, & credidi. Rescindatur ergo vetus illa opinio, amplexa morbi huius vera causa qualitate maligna: quæ cõcepta fuit, vel in cerebro, ventriculo & alijs idgenus sedibus; ídque vel quodam iure seminario & abortu, vel improbo victus genere, aut cœli vitio, & aëris. Vnicuique etenim patria propria patens extat. Quibus in locis statis certísque temporibus proprietate malefica nobis saltem à priori occulta, solet cõuulsionem mouere. Hãc opinionem sustinet diuinus Hipp. quæ maximè confirmari potest à velocibus, citísq; epilepticorum casibus. Etenim in confesso est morbos celeres & acutos à materia tenui fieri & ortum ducere, suáq; breuiter percurrere tempora, ratione causę solius: Sic ephemeræ breues sunt, prõptissiméque euanescunt ob materiam à qua fouentur, sic accessio tertianarum velox, pari etiam pacto ignis in stipulis, palea, & fomite leui accensus ex tempore vrit, dissipatúrque ob eandem cau-

l. de Flat.

ſam; in craſsiori autem & denſiori potentiùs, diutiùs & impenſiùs contraria ratione: quòd eius cauſa ſit flatulenta & vento ſimilis, locupletiſsimum habeo teſtem philoſophorum Coriphæũ Ariſtotelem cauſas conuulſionũ aëreas pronunciantem, quibus nerui diſtenti veluti funiculo crudeli trahuntur, & in ortum retracti breuiores euadunt; quod teſtatur ſpuma quæ cernitur circa os Epilepticorũm, tempore caſus. Hippocratem hac in parte habemus acerrimũ defenſorem. Exiſtimo inquit, morbum quem ſacrum nominant fieri à vento, id eſt aura maligna, & quibus moueor rationibus vtar in alijs ſuadendis. Hæc ille. Galenus in commento non multus eſt, ſed iuxta morem loquitur vulgarem, cui non rarò multa condonamus & maximè in parte medicinæ therapeutica: nec idem præfatus omninò veram rationem reticuit. Neceſſe eſt, inquit, excogitemus ſubſtantiam quamdam eſſe, aut ſpiritalem, aut fluidam, quæ vt mole minima, ita facultate quammaxima exiſtit. Pelops eiuſdem præceptor auram, ſeu flatum, germanam cauſam cõſtituit, cui falſo loquenti nunquam annueret

a de terræ motu, & l. de ſomno.

Li. de flat. & de morbo ſacro.

3 de loc. a. ſup. cita.

Gal.

Gal. sed Aristotelico more erga Platonẽ & socratem olim præceptores amicitiam recoleret & viritatem ambis vt aiunt vlnis strictiùs amplecteretur. Fernel. vir in arte medica & doctiss. & eloquentiss. huic sententiæ suffragatur libẽter, his aureis verbis. Quocirca inquit, alio opere pleniùs demonstrauimus, præter humoris copiam venenata & celebri substantiæ grauiter infensa, atque inimica qualitas, Epilepsiæ causa statuenda est, quæ quoties exagitatur, ac prorepit in cerebrum, ea quidem feriente cerebro autẽ cõtra pugnante, quasi collictatione, quapam ac dimicatione fit Epilepsia: huius autem fomes modo in cerebro, modo in ore ventriculi, nonnunquam & in alijs distãtioribus sedibus delitescit, è quibus furtim per cœcos ductus in cerebrum cerpit & progreditur. Hactenus ille. Venenum verò illud sæpe generationis principijs à parentibus iure quodam seminario contrahitur, namsi verũ sit natorum spiritus fascinatione quadã parentum ira perfictorũ affici, vt certũ est, maiori potioriq; ratione qui à morbidis oriuntur progenitoribus tales enascuntur & in lucem prodeunt, cum

I. Ethiq cap. vj.

L 5 d par. more c. 3.

ſemen noſtræ generationis principium officiens, retineat vim, facultaem, ideam & formam partium, à quibus deciduum eſt & emanat, non certè actu & reipſa, ſed virtute & poteſtate: ſemen tandem immaculatum à ſanis defleuit partibus, ſicuti morboſum à morbidis. Ita vt audacter liceat nobis proferre cum ſummo dictatore & Galeno philhiſicum, arthriticum, calculoſum, melancholicum, hydropicum, Epilepticum & id genus ſimiles, alios ſibi ſimiles gignere & procreare & vt mox oſtẽdi, vitia animi parentum, proli cõferuntur; ſic etiã & corporis affectus, tum maximè cùm parẽtes labe inquinatum habent aliquod viſcus, omnis namq; affectus redolet cauſæ ſuæ naturã: Quapropter conuenienter prouerbij modo ferunt. Parentem ſequitur ſua proles. Cauſa interna & ſine qua nõ, eſt cerebri inbecillitas, ab intemperiè natiua orta, aut ventriculi, partiſue quæ hoc veneno obſidetur. Aetas & ſexus non parùm faciunt ad Epilepſiam. Pueri namque & fœminæ, ſenioreſque vt ſuperfluis humoribus ſcantẽtes maiori ex parte illa tentantur & quod ad pueros attinet, nõquia flatulenti; ſunt huic mor-

2. Prorh. 4. de aëre, l. & aqua. L. de geni. L. de morb. ſacr. Gal. 6 aph.

3 Aphor.

bo obnoxij , ſed quia conuulſionibus frequentioribus torquentur præcæteris ætatibus, propter excrementa quibus ſcatent omni ex parte. Qui concepti ſunt menſtrius flueniibus cadunt ſæpe morbo ſacro,ex ſynatriſmo& congerie. Quis igitur vel mentis ſanæ & emunctæ naris horum cauſa in ancipiti verſabitur dubio, cum multa ab authoribus eruta priſcis pro vera baſi fideliter retulerimus? quid quod,multa ſuppetũt leproſorum, eiuſdemque generis exempla, quæ omnia diligenter perpẽdenda medico veniunt, cum plerique morbi hæreditarij ſoleant eſſe immedicabiles. Ideóque opus eſſe bono prognoſtico quo medicus à calumnia liberetur. Sed contra ſuperiora fundamenta vrgent Gal. paul. & ætius credo, inquit Gal. morbum comitialem ſimilem eſſe aliquo modo apoplexiæ, cum in vtroque affectu,idem ſit ſubiectum, locus idemmet,vnius eiuſdem naturæ humor, idcircò adoleſcentes temperamento calido & ſicco quibus vigent, ſæpe curantur. Sed oportunè hæc adierit (aliquo modo)cum ſanè toto,vt aiunt cœlo,diſſideant & veluti à nocte dies, & medi-

Ariſt. de hiſt. anim. c.12.

Aphor. se l.2.

corum neminē eſſe credo qui obliuioni tradiderit in apoplexia neruos laxari & reſolui, in Epilepſia autem conuelli & ad originem retrrhi. Prima affectio fit pedetentim & paulatim, pituita cerebrum imbuente oppellenteque, ſecunda cum celeri motu & feſtinantia. In illa præterea; vbi fortis eſt & vehemens, quadem intelligit Hipp. motus aboletur, in hac autem remanet ſaltem deprauatus. Prima vbi leuior extat, vertitur aliquando in paraplegiam aut paralyſim. Hæc nunquam: tandem apoplexia multam coaceruatam pituitā agnoſcit cauſam, Epilepſia verò auram corruptam. Arguunt præterea cerebrum multis vijs à pituita & alijs ſuperfluis honoribus per decliues meatus purgari, idque, vt aiunt, prouiſum fuiſſe, mirabili arte à natura, ne animal frequenti Epilepſia corriperetur. Dico non eſſe rationi cōſonum ab illis ſine vapore & aura maligna talem contingere inſultum, cum craſsis excrementis non conuelleretur, ſed omni actione potius priuaretur: vti in apoplexia & alijs cephalicis affectibus à repletione natis, euenire poſſe commonſtrauimus. Auicenna credebat pue-

L. 2 Aph. 42.

L. 4 de loc c. 2.

Gal ex l. 9 de vſu. par.

ros ab Epilepsia tutos esse quorũ in capite fierent vlcera, aspostemata, furfures scabies, achores & catarrhi, quam sententiam amplexi sunt Aëtius & Paulus multa ex sententia vulgi admittentes: sed hic scrupulus non est multùm implicitus, cum id significet naturæ motus validos superfica pellentis, à quibus fræ-num malignæ qualitatis, extra corpus demanderetur: expedit namque pro valetudine secũda pueros auros humidiores habere & multa scabie fœdatum caput, vt à magnis morbis liberentur: sed hæc si ponderis satis haberent, vt pituitam causam veram probarent, cur post tot humorum euacuationes remaneret in corporis causa abdita? ad quam destrumendam alexiterijs potius nitimur quam purgantibus, maiorum nostrorũ more, vsuq; frequentiori neotericorum, summo ac vberrimo Epilepticorum euentu; cum igitur Epilepsiæ causa hactenus sub iudice sit relicta, allatis supra securè definiatur, constituaturque vera parens aura maligna à qua insultus initium capit, sæpeque mouetur & præcipuè in nouilunio, aut in his qui nouilunij tempore in hanc lucem editi censentur.

Germana causa est aura maligna.



DE CAVSIS EXTERNIS.

CAP. V.



DIv, multúmque delitescere morbos & subitò de hinc naturam agredi probauit venerandus senex: quod maximè variolarum, Luis venereæ, Elephanticorum labis & rabiei caninę exẽplo in corpore multos annos latitantiũ confirmari & firmitate inconcussa stabiliri potest. ætatem etenim ab ætate & naturam à natura differre, nemo, vt opinor inficiatur. Gal. fieri alteratiònes imperceptibiles multum temporis latentes, & suo tempore opprimentes in corpore scriptis mandauit, cum natura, vt quæ diuina est, obstet quantùm valet intemperiei indecenti victus genere comparatæ, erroreque in omnibus non naturalibus commisso, donec grauitate oneris valde lacessita, causis videlicet extrinsecus aduentantibus, occumbat tandem & decidat in apertam

L. 4. de morb.

1. de loc.

actionum læsionem, quæ νόσος dicitur, nec morbus contraheretur ex Galeno nisi adesset subiecti dispositio: quæ calore externo natiuum extinguente inducenteque putredinem solet oriri. Causæ illæ procatarticæ & externæ dicuntur, discrasiam vt plurimùm generantes cum vnius eiusdemque artificis sit materiam disponere, eique formam inducere, si fides habenda sit veræ philosophiæ, cum igitur aër & cæteræ adducendæ causæ nostrum corpus immutent, & ad varia accidentia subeunda disponant, attentiùs sunt indagandę, sed adeò sunt numerosæ vt singulas recensere hominis esset otio non abutentis & quiete, sed memoriæ incomparabilis & ingenij, præcipuas tamen orsi ab aere in medium proponemus. Hippo. voluit humores nostros esse aëri quẽ incolimus similes qui vbi saluber erit & serenus, spirituum omniũ dicitur pabulum, contrarius verò humores & substantiam destruit, & ad varia accidentia ferenda nos præcipitat, quemadmodum videre licet in arelatẽsi aëre, cuius causa de multitudiue Epile-

1. de diff. Feb. c. vj.

Lib. d[e] aëre, l[oc.] & aq.

4 Meth & 9. diff. f[eb.] Gal.

pticorum, tot medicinæ duces conquesti sunt, quod de florentinis & aliis Italiæ populis, aliisque cœli climatibus dici potest; illa autem aeris dispositio à lunæ & astrorum influxu, quæ & lumine & motu agunt in hæc inferiora, prouenire potest Galeni consilio his verbis.
3 de cris. Luna, inquit, Comitialium circuitus custodit, qua silente magna vis excrementorum coaceruatur & maximè in senibus, & pueris ob humiditatem eorum superfluam, in qua concipitur virus; & prout illa à sole recedit aut proxima est, se habent ægroti, vt videre licet in febricitãtibus: & paralyticorum lingua, luna senescente, parùm aut nihil potest moueri ob latam rationem: at in eius plenitudine, singula humore benigno fouentur, tanquam nectare viuifico. Quare idcircò qui noui lunij tempore nascuntur multo, frequentique insultu Epileptico cruciari & premi solent, quia nascentium capita, tunc cœlo frigidiore percelluntur: nam cum cætera animalia singulari ac simplici modo partũ suum perficiant (vnum enim pariendi tempus omnibus inest cõstitutum) homini verò vni multiplex à natura con-

ceſſum, hac de cauſa tot afficitur, morbis ratione multiplici. Concitati turbidique animorum motus παθήματα vocant in numero externarum cauſarũ & accidentium collocari poſſunt, vbi præcipuè conſiderantur ſecundum obiecta à quibus mouentur, internæ alioquin dicerentur & ad caput ſuperius ſpectarent, niſi animam aliud à corpore ſtatuas: illę admodum Epilepticis officiunt, humores commouendo: hac de cauſa Plato in carmenide cenſuit maximam affectuum partem ab anima eiuſque continuis & velocibus motibus pẽdere, à paſſionibus namque mouetur intemperies. Hanc opinionem conſequenter retinuit Galen. dum curas μελεδῶνας, quaſi corpora depaſcentes, ſeu deuorantes nominauit: de iis & aëre longioribus verbis in ſequentibus. Nos à ſono elatiori & motu violento ſuſcitari ſæpe Epilepſiam vidimus, quod de agitatione, terræ tremore, rerum currentium, fluentium in gyrum verſarum aſpectu proferre non pudet, iis ſiquidem ſpiritus commouentur præeunte imaginatione & omnia in orbem

Lib. d arte.

verti videntur; vnde ſequitur occaſus. Timor multos conſternit. metus inſolens, futuræque ægritudinis ſollicita ſpectatio & mœſtitia vtraque valde nocent, & maximè ſi diu perſeuerent. Hipp. mentis cogitatio,inquit, ipſa per ſe ſine inſtrumentis, negotiiſque triſtatur, lętatur, timet,confid t,ſperat deſperatque;quod deſcripſit probus ſenex, vt medicos hortaretur quo iſta diligenter expenderent, cum animus corpoream hanc molem, non aliter moueat,& exagitet, quam intelligentia cœlum:vel dicamus animi concitatos motus eſſe ventorum & flatuum maritimorum inſtar, quibus mare huc & illuc ſine ordine vagatur; hoc modo de humorib. loquendum exiſtimo quod teſtantur quæ aborſum faciunt vtero gerentes; ſi forte eas in furorem & iram agi contingat;ſic Epileptici ira & motu violento perſiti, recidiua laborant, vt meminit Gal. cuiuſdam Grammatici, qui dum vel leuiter inter docendum iraſceretur, hoc morbo corripiebatur. Quidam optima ratione coitum conuulſionis ſpeciem ſunt profeſsi. Gel. τ̀ συνουσίαν εἶ) μι-

6 Epid. par. 8. Aphor. 18.

; de locis.

κρὰν ἐπιλεψίαν exiſtimabat, & qui ſæpe in amplexus venereos ruunt, hoc euidenter verum experiuntur, nec Epilepticis duo ferociores & magis infenſos inimicos habere ſemper credidi Bacco & Venere, quorum vitio multa excrementorum copia accumulatur, ſpiritus diſſipatur aut obruitur ab immo dico eorum vſu & vt Canit poeta.

Vt venus eneruat vires, ſic copia bacchi
Vno namque modo viua, venuſque vocet.

Lac ex inſulſa nutrice demulſum obeſt magnopere, nam carnes eò deuenire loci omnes fatentur, eamque adipiſci ſubſtantiam, quam habent alimenta quib. augentur. Ictus vulnera, & contuſiones mouent virus Epilepticũ (etſi aliquando ab vlcere, aut vulnere capiti infl ćto curetur) ver & autumnus ſunt tempora huius morbi feraciſsima vt ſuggerit nobis Hippo. vere ſiquidem maniæ, melancholiæ, Epilepſiæ & cætera id genus accidentia prouenire ſolent. Gal. docet Epilepſiam fieri à frigore, & vt plurimum vertigines, quæ Epilepſiæ ſunt affines, paruæque dicuntur Epilepſiæ hyeme contingunt &

Gal. 3. ſymp. ca.

3. Apho. & 3. A. 22.

3. de ſy. diff.

Hippo. dixerat ante Galenum mutationes temporum maximè parere morbos. suffitus rerum malè olentium seu fœtidarũ inimica quadam facultate mouet paroxysmum: hac de causa antiqui seruos venalitios suffitu lapidis gagatis, aut cornu caprini, an hoc symptomate caderent explorare & expendere solebant. Causas ferè omnes externas, quæ supersunt longiori paulo oratione capite de vitæ ratione persequar, in quo nõ solum Epileptici, sed & alij omnes, qui sanitatem incolumen seruare desiderãt perdiscere facili negotio poterunt.

Qui cadãt huitent fœtidos odores.

DE SIGNIS MORBI *Epileptici.*

Cap. VI.



Aucam esse & mutilam affectionis cuiusque exercitationem, absque illa medicinæ parte, quæ signa tradit affectuum, vel cuilibet diligenti rerum inuestigatori patere potest: etenim cũ

tria nostro corpori insideant præter naturam, morbus scilicet, eius causa & symptoma; hoc postremum, quia sub sensum aliquem cadit, seipso non aliis percipitur, quo morbi in intimo corporis recessu conditi, qui neque cerni, neque sensu vllo deprehendi fas est, tanquam è densis tenebris eruuntur, & in claram lucem proferuntur. Iure igitur præsens caput de signis Epilepsiæ summa eget breuitate. Signa morborum multiplicis, sed præcipuè triplicis constitui solent generis. Alià dicuntur salubria, quæ nos pancraticè & secunda frui valetudine significant. alia externa morbosa & insalubria sunt & dicuntur: illis nos affligi & à prospero sanoque statu recedere commonstrant. terna adhuc & intermedia neutra constituuntur signa, quæ non minus medico sunt vtilitati ad prædicendum, quam summæ opi inter medendum, cum verùm sit neminem ab exacta sanitate, ad morbũ præcipitem deuolui, sine medio aliquo statu, quem neutrum dicimus. Signa triplicia tradimus Epilepsiæ, præcedentia scilicet, concomitantia & consequẽtia. Prima docentur ab Hipp. in Coa-

Signa præcedentia casuum. cis ejectis his sententiis. Quibus capitis dolor magnus, sonitus aurium siue febre, tenebricosa vertigo, vocis tarditas, manuum torpor & tremor, hos vel apopleticos, vel Epilepticos, vel denique obliciosos fore puta & alibi, dolorem soporosum, conuulsium aliquid significare tradidit. Summo animi mœrore ante aduentum paroxysmi afficiuntur à confusione spiritum animalium, cum veneno & retractione illorũ ad cordis penetralia, inimicitia quadam effera. Insomnia adsunt horroris plena & rerum tristium, præteritorum item obliuio, faciei pallor, eiusdemque liuiditas, ob motus internos diuersi generis, linguæ Balbuties, spiritu illi & præfatis partibus denegato ab obstructione. Caput dolore affici voluit Hippo. à distentione quæ intemperie comparatur, ideò senes ferè semper, vertigine tentantur ob ætatem quæ omni excrementorum colluuie scatere & repleri solet. Gal. vt suprà retuli, voluit vertiginem ad Epilepsiam accedere & inter se aliquid habere commune, Epileptici namque, melancholici & vertiginosi, habent non rarò accensos spiritus à diuturnis. Cogi-

3. Apho. 12


tationibus & vigilijs quibus torquentur continuò: vnde ſpiritus in orbem acti medio flatu,& fuliginè præfata mouent ſymptomata. Caſum cōcomitātur proh dolor! accidentia dictu miranda & viſu magis ac magis horrenda, cōuulſio corporis totius, illiuſque fortis agitatio, ſtertor, clamor, labiorum torſio, oculorum in gyrum verſio & rotatio, lotij & ſeminis inuolunaaria excretio; propter nimiam partium genitalium cōtractionem & doloris vim, labefactata, ſeu reſoluta muſculorum penis & partium ſpematicarum facultate, quæ crebro ipſi neruorum principio condolent, tanta eſt partium omnium ſympathica: adeſt præterea per ſeceſſum deiectio, ſpuma totum os madet ab agitatione & commotione ſpiritum pituita ſuperflua immixtorum, & à ſuppreſſione excrementi fuliginoſi, à quo ſaliua ſpumeſcit. Tādem adeſt ſenſuum omnium oblæſio & mentis, quæ plurimùm affectui per protopalhiam ſigna ſunt ſeu ſymptomata. Partium verò quæ vim morbificam conferunt, vti ventriculi, vteri, digiti cæterumque partium vitiū cognoſcimus; ſi antequam virus exſuſcitetur,

Signa cō-comitantia paroxyſm.

morsu aliquod tententur aut errosionē, aliquoue graui accidenti iam iam futuri paroxysmi prænuntio, si cibum respuant Epileptici in ventriculo delitescit, & latet M nerua, quæ linguæ per membranam ventriculi ori & linguæ communem confertur, ideò eorum gustus peruertitur: præterea si afficiantur frigore in alia quauis corporis parte, aut sensu auræ cerebrum adscentis, veluti inuenculus olim, cuius memini ex Gal. multi lumbricorum causâ veluti pueri conuelluntur, quod non oscitanter medicus præcauere debet. Tandem subsequuntur virium omnium langor & prostratio, corporis immobilitas ab innumeris perpessis symptomatibus: de quibus idē ferè dicendum occurrit, quod de pleuritide & dysenteria protulerat Gal. scientificam eorum esse agnitionem, certis videlicet, definitisque signis comparatam. Sed vt tutiùs de euentu & fine Epilepsia cuilibet percunctāti ore intrepido respondere valeamus, perpendamus primò numerum hominis ætatum, earumque temperamentum hoc sequenti ratiocinio.

Signa cōsequentia.

12 m. c.7. 3 Apho.19



DE AETATIBVS.

Cap. VII.

AD faciliorem prognoſeos intelligentiam, curationiſque ineundam methodum, non è re eſſe putauimus, vnũ hoc caput, parùm aut nihil ab inſtituto recedens in medium proponere, quo percepto ἀμύσος quiuis de ipſis tuto appriuéq; deinde differet. Hippo. eiuſque ſequaces, alijs ante pubertatem, alijs poſt accidere Epilepſiam non ignorarunt, eorumque variam ac diuerſam prognoſim retulere, quod nobis in pręſentia pro fundamentò ſupponendum exiſtimo, etſi illud Hippo. edictum obſtare videatur: morbos omnes fieri omni tempore & in omni ætate, ſed reuera quoſdam in quibuſdam magis fieri & excitari, quod me mouit vt hoc caput ordirer adducta pro ſequentium enodatione, variarum ætatum diuiſione. Multi hac de re aliter atque aliter ver-

ba fecere. Aegyptij tot ætates conſtituere auſi ſunt, quot ſeptenarios continet numerus centenarius: vltra quem viuere hominem non autumârunt: Et Pythagorici ſeptimo quoque anno manifeſtam mutationem nos ſentire ſcriptis mandarunt. Nos Galenum ſex conſtituentem hominis ætates non repugnanter ſequemur, relictis aliorum vagis ſententiis.

Prima ætas. Prima dicitur Pueritia, quæ ab ortu principium Capit, quámque ad decimũ quartum annum promoueri dicimus: hanc Aſtronomi propter abundantem humidi copiam calori prædomniantẽ, Lunæ tribuunt.

2 Ætas. 3 Apho. 27 & 5. Aph. 7. Pubertas ſequitur ſecundo gradu, authore Galeno. hæc à decimo quarto anno ad decimum octauum prorogatur: in hac calor humidum virtute ſuperat, Mercurióque dicatur.

3 Ætas. 5 Apho. per Gal. comm. 9. Tertia vocatur Adoleſcentia, quæ à prædicto termino ad vigeſimum quintum annum extenditur: hanc ipſam cõprehendit ſummus præceptor ſub pubertate; quæ ideò ſic appellatur, Quòd corpus in trinam adoleſcat, & excreſcat dimenſionem; cùm generando ſanguini

mnium ſit aptiſſima. Hæc temperamenti bonitate cæterarum norma dicitur & Veneri aptatur.


Quarta ætas. Quarta Iuuentus nuncupatur, vigens ætas & conſiſtēdi tempus; quia illa perfecta, deſinat corpus maiorem acquirere molē: Incipit à vigeſimo quinto anno, terminatur trigeſimo quinto, calida eſt & ſicca; ſed caliditatis feruor remiſſior: ſiccitas verò intenſior, & à Sole reſpicitur.

Quinta ætas. Quinta appellatur media ætas, ſeu virilis quæ à trigeſimo quinto anno ad quinquageſimum annum appellit: in hac corpus omninò ſtat, extremorúmque æqualiter creditur participes, à Marte regitur.

Sexta ætas. Sexta ſupereſt & vltima, quam dicūt ſenectam, cuius tres gradus conſtituuntur. Primus viridis dicitur, qui decē annorum interuallum durat, à quinquageſimo ad ſexageſimum, quo tempore aptiſsimi creduntur homines, ad reſpublicas bene, felicitérque gubernandas: hi maximè qui Philoſophiæ, vitæ duci, virtutis indagatrici, & vitiorum expultrici multùm operæ collocârunt: huic fauet Iupiter in ſexta ſphæra collocatus.

Accedit gradus ſecundus,in quo nō ità proſperè, præfata munia obire valēt, præ virium lapſu,& corporea imbecillitate;tametſi quidam in hac ætate reuiuiſcere videantur: nam licèt temperamentum hominis ratione annorū mutetur,& ætas mutatio ſenſilis dicatur,ea tamen certis annorum numeris;deſcribi rectè minimè poteſt ;·cùm alij celeriùs,
3. apho. 13. alij tardiùs,ab vna in aliem trāſeant Galeni mandato: diuiſionem tamen in illis conſtituēdis ſequimur authorum, quorum ſententia apud omnes ſummo eſt in pretio. Prædicta ætas à ſexageſimo ad ſeptuageſimum vſque extenditur, vltra quam Regius propheta laborem &'dolorem eſſe ſignificauit, frigida & ſicca, licèt frigida & humida dici poſsit, humore ſuperfluo. Harum omnium ætatum diuerſa ſunt temperamenta, vt
apho.14. probauit Gal.in volumine quod aduerſus Lycū exarauit, cui titulus eſt; quòd nihil erratum ſit in illo apho.quę augētur, plurimùm habent calorem innatū. His duabus poſtremis præeſt· Saturnus ſeptimi cœli Planeta. His vice digreſſionis delibatis, quia ætatum meminit ſæpe Galenus & Hippo.de quauis æta-

te inſultu Epileptico laborante rectè prognoſticon inſtituere, erit facillimũ.



DE PROGNOSI MORBI Epileptici.

Cap. VIII.



Orbi, remediíque cognitionem, exiguæ aut nullius vtilitatis eſſe medico futuri euentus ignoranti, ſubtiliores animaduertêre philoſophi; hi ſiquidem præſtantius exiſtimarunt, futuros morborum euentus prædicere, quàm iam factos cognoſcere; & quis quæſo per immortales innumeros errorum, labyrintos deuitare poterit ignorato morbi euentũ? quid noſſe illius eſſentiã, præſidiorúmq; ampliſsimã ſyluam proderit: ſi iiſdem adminiculis fuerimus confusè vſi & ſine diſcrime in quouis curando morbo, etiamnum diuerſæ ſpeculationis, quouis die & hora?


quamobrem in tractanda Epilepsia, quæ maiori temporis parte cronicus est affectus, curationis proponemus difficultatem, partis, quam obsidet præstantiam symptomatúmque magnitudinẽ, quorum ponderata grauitate, non parùm periculi inesse profiteri licebit, cum caput, quod Epilepsia tentatur, sedes sit facultatis animalis, facultatúmque omnium connexio, tanta sit vt vna læsa, aut soluta, cæteræ in consortium trahantur quod me docuit admirandus Gal. his 9. m. c. 9. ampliss. & singularibus verbis. Ergo has facultates seruare, nihil planè est aliud, quam vitam nostram seruare: siquidem monstratum est qualibet earum amissa, necesse esse reliquas quoque vnà perire. Patet etiam ex curandi difficultate, eò quòd malignam qualitatem habemus debellandam, qua ratione Plato, de sera numinis vindicta, volebat à teneris Epilepticos manu medica tractari non ne- c. de nephr. gligenter: quod aduertit etiam Auicenna. Hipp. ratione ætatum variam instituit prognosim: nam si contigerit, in infantia curationis spem monimentis suis mandauit; mutatione siquidem tempo- 2. aphor. ris, loci, aëris, & victus rationis, termina-

ur, eodem authore, imò etiam soluitur ætatis mutatione, quæ calidius & siccius corpus reddit, & absque medicamento deleri docuit, mutatione ad ætatem, vt dixi. calidam siccam, tempus, & loce calida sicca & dicatam similem: & in aphorismis. Quibuscumque morbi comitiales fiunt ante pubertatem, mutationem accipiunt, quibuscumque autem vigesimo quinto, ferè commoriuntur, cum adolescentia, vt relatum est à nobis, sit cæterarum ætatum norma tēperiei probitate, qua humor malignæ naturæ fomes exsiccetur non rarò à calore & siccitate: Cui si accedant apta remedia, vt ait Aurelian. vehementer iuuari, sæpeque curari vidimus, & notatu dignum est, vt apparet ex Gal. comm. in allatum Apho. quod non modò commoriuntur, quibus circa vigesimū quintum annum accidit, sed multò magis vltrò hanc ætatem progressi: tum quia illis in dies, multa humorum colluuies effluuiique quotidiani iactura accidit; tum quia natura, quondam vegetior, nō potuit vincere causam morbi, vel etiam adhibita artis industria. Hæmorrhoides habentes, nisi in pubertate Epilepsia tē-

6. epid. 4. & 3 aph. 4.

tati soluantur conenescere consuerun
& qui quartana laborant, conuulsion
bus omninò non capiuntur, & si subi
de quartana succedat, cessant ex Hipp
illa namque præsente coquit calore f
brili, excretionemque molitur sua ag
tatione: qua ratione dicebat Hippo. m
4 aph. 77 liùs esse febrem conuulsioni aduerir
quæ repletione contingit, quàm con
uulsionem febri. Neglectos diu Epile
pticos & sine medico auxilio deserte
tandem obire, & extremam diem age
putarunt Paul. & Aetius. Quòd verò a
eos attinet, qui ætate parùm proueć
sunt, cacochymi, gulosi, parúmque i
victu modesti, sæpiùs, non in nouiluni
solùm, sed & extra illud grauem noxan
conuulsione sæpius repetita suscipiun
Quod confirmant, qui portentosum
paroxysmum spectarunt attentiùs. A
maior, magisque horrenda visu remane
de casu prognosis, cum Epilepticus no
semel se præcipitet, aut periculum casu
violenti subeat è pontis circulo, pute
locique elatissimi cacumine, linguam
propriis dentibus abscindat, corpus de
mordeat, aut vnguibus dilaceret, vehe
mentique in pauimenta agitatione to

tus ſaucietur. Pueri noſtrates, & in multis Italiæ oris, alibíq; , ſæpenumero hoc inſultu enecãtur, ſicuti & ſeniores non pauci, niſi opis aliquid promptiùs offeratur: qua autem anni parte magis ſæuiat commonet Hipp. nempe verno tempore, quo inſaniæ naſcuntur, melancholiæ, Epilepſiæ & cæterę id genus affectiones, quarum ſuprà meminimus: tunc namque calor vegetat, cacochymiámque intus latentem foras expellit; hoc modo tunc temporis accidentia Epileptica magis mouentur: ſecundò autumno, rariùs hyeme, rariſſimè æſtate, abſumpta humoris virus fouentis & auram malignam majori portione, caloris ope aëris nos circumdãtis. Breuitas paroxyſmi curioſiùs eſt attendenda; cùm ex illa morbi ſolutio, eiúſque dominium paucis adminiculis ſit expectãda, maximè verò vbi ſeminis, lotij & ſpumæ in paroxyſmo nulla contingit excretio, aut lunaticus verecundia quadam & pudore tenetur: contraria ex cõtrarijs colliguntur, quia malignam qualitatem radicitùs infixam partibus ineſſe paroxyſmi diuturnitas ſignificat, quæ naturæ, aut remediorum viribus emendari facilè non potuit. 3. Aphor.



DE CVRATIONE VNIVERsali Epilepticorum.

CAP. IX.

EDICVM alijs longè industrium & acrem esse, qui Epilepsiam, hydra lernea ferociorem confecerit, artéque superauerit; non est sanè qui debeat dubitare: si modò, partis obsessæ præstantia, symptomatúmq; ratio prudenter habeatur & tyrannidis. Quare, cùm contrariorum contraria sint remedia, ad extrema hoc loco deueniemus remediorum genera; ea tamen lege, vt recta methodo præcedant quæ minùs naturã perturbare aut atterere possunt. Gal. primum artis opus innuit finem esse rei cuiusuis, quem in votis primum, in actu vltimum tenet Philosophus: hac de causa Therapeuticen, cuius gratiâ cæteræ medicinæ partes peruestigari solent, hoc capite instituimus, à victus regula orsi, in qua caput & summa curationis totius existit; cùm etiam plurimos morbos solo victus regimine, curari rectè admodũ probârit Car-

3. meth. med.

1. acut. com. 3.

danus: quod didicerat à Gal 1.de atte. victu; eo namque, non ſolùm nouam, verùm & veterem Epilepſiam deleri,& oportunè ſanati putauit: cùm ergo ei fruſtra adhibeatur medicamentum, cui non proba victus ratio ſubſcribit, ab ea primùm ordiendum erit. Quid multis? corpus vel ſalubrius alteratur inepta viuendi lege; corruptius autem & impurum corrigitur,& in athleticum ſtatum redit; duplicem ille obtinet ſcopum, alendi ſcilicet & medendi: nam alimenta extenſo vocabulo dicuntur medicamenta.

c. i. prim abuſus ſu centuriæ.

l. de Theri ad Pham phil.

Solet autem victus ratio à ſex deſumi rebus pedetentim & vno quaſi filo examinandis; ab ambiente nos aëre, cibo, potu, motu,& quiete, ſomno,& vigilia, excretione & retentis, animíque pathematis, quibus optimè applicitis mirum in modum proficit corpus; contrario verò modo in ſummum adducitur diſcrimen; hac ratione res non naturales illæ vocantur à medicis. Epilepſiæ igitur ſolutio duplex erit, alia propriè dicta per ætatis mutationem & temperamenti, alia per metaſtaſim in quartanã, hæmorrhoides, varices crurũ, & poda-

c. 85. arti med. & 1. de ſani tu.

5. epid. par. 5. apho. 20.

r. meth. c. 12.

Qualis ſit ligendus aer.

.m.c.1.

epid.

ſec. oble.

gram. Hac ætatis mutatione, ſi non ſanetur, vt ſuprà retuli, ex Hipp. oraculis conclamatum eſt, conſeneſcere & cōmori ſolent. Iure igitur optimo venerandus ſenex docet terram in Cronicis affectibus mutandam eſſe, vbi aërem intelligit, & noſtro prognoſtico ex illius fonte deſumpto, mutatione aëris, loci, temporis & victus diuinitùs Epilepticos iuuari eſt oſtenſum, Gal. exemplo, qui pulmonis vlcere affectos, Tabias proficiſci ſuadebat. Dabimus aërem verſus Orientem ſitum, contraria morbo qualitate præditum, ventis ferè omnibus perflatum; nam ab ea morbi, aut ſanitatis pendet ſtatus, & inter cauſas externas, quarum vi alterari poſſumus, nulla eſt magis neceſſaria, ocyſſima & præceps. Cùm ergo ab eo pendeant leges & prophetæ, eligetur à doctiore medico multas oras peragrato, literis multis ornato, & cumulata experientia. Hipp. mira profert de aëre, locis, & aquis. Nubiloſa inquit, tempeſtas, nubiloſos & caliginoſos gignit ſpiritus, quia ex aëre & ſanguine illi fiunt, & generantur, medijs facultatum organis. Ariſt. homines ait citò caneſcere in locis vdis, in qui-

bus aër ab Auſtro calefit, ſine renouatione, aut alterius venti perflatione. Ille vti morborum diuerſi generis feraciſſimus deuitabitur, nulla adhibita mora, loca item cadauerosa & venenoſis herbis vti cicuta & alijs id genus referta, paludibus, ſtagnis, cloacíſq; circumdata, ſunt maximè fugienda; cùm vapores multi ab illis elati, aërem, quo multùm offenduntur ſpiritus vitales, immutent & corrumpant.

Non minor eſt cibi & potus habenda ratio: nam cùm noſtrum corpus tria conſtituant, continentia, contenta, & impetum facientia, iure, natura animalibus famem & ſitim indidit, vt cibo ſubſtantia noſtri corporis ſolida reſtitueretur: humida potu, ignea autem & aërea, ſpiritus intelligo, reſpiratione aëris & inſpiratione tuentur. Etenim in cõfeſſo eſt ſpirationem à vita, & vitam à ſpiratione ſeparari non poſſe, adeò vt viuentem non ſpirare, & ſpirantem non viuere, ſit impoſſibile. Cibi igitur menſuram, qualitatem & ordinem conſiderabimus, perlectis doctiſſimi & laborioſiſsimi Fuchſij Iſagogicis & aliorũ doctiſſimorum Inſtitutionibus. Nos

Cibus & potus.

6. epid. par. 8 apho. 8.

6. de loc. aff.

proximo Capite pecularia alimenta, quibus tutò vesci posint, non solùm Epileptici, melancholici, sed & alij quãplurimi naturæ infirmioris luculenter t護ademus. Motus & quies ordine sunt perpendenda, quorum primo calor semisepultus exsuscitatur ex philosopho, artus & membra firmantur, & ad capescendum alimentum fiunt aptiora, dummodo cibos præcesserint, vt iubet Hipp. Postremo vires restaurantur, vbi labore defatigatæ fuerint, quod docuerat ante Gal. Hipp. Is siquidem tardas deambulationes pinguedinem corpori inducere, celeres verò attenuationem & gracilitatem habitus. Arist. calida corpora sedendo ait pinguefieri; frigida verò motu attenuari: etsi alibi quærere & percunctari videatur, cur alij sedẽdo, & in quiete; alij verò in motu & exercitio tabescant & exsoluãtur: vel quia corpora, inquit, frigida pituitosis succis abundent, qui nisi motu attenuentur, calorem obruunt: debent siquidem phlegmatici, à cibis abstinere priore nondum confecto, cùm pituita adhuc indomita, maiorem habeat cum sanguine affinitatem, quàm cum ingeren-

6 epid. part. 4. apho. vlt.

6. apho. 48. & 6. de diæt.

6. prob. 1.

dis cibis, ventriculo & inteſtinis hactenus oppletis: quod non ſolùm ex hominum certo iudicio tenemus, ſed etiam ex animalibus, quæ per hybernam tempeſtatem in locis ſubterraneis latere ſolent. Calida etiam corpora, paucis excrementis aut ferè nullis referta, ab immodico labore exſiccantur, quod hæc Hipp. verba ſatis ſupérque teſtantur. Naturæ calidæ refrigeriũ, quies & otiũ

6 epid. pa 4 aph 12.

Potio Epilepticorum & cæterorum debet eſſe temperata, ſed miſeria huius ſeculi deplorãda illud non patitur, cùm multi nimio Baccho penè immerſi, ſepultíque, omni morborũ illuuie afficiantur, & ab ingluuie: nihil ſanè magis officit epilepticis quàm vini meri potio, quæ viriliter, prudentérque ad Garamãtas debet relegari, cùm acceſsionem Epilepticam ſæpius acceleret.

Potus.

Somnus diuturnior omnibus damnoſus, cùm ab eo caput vaporibus repleatur, quibus fuſis, parúmq; retentis, defluuia ſalſa contingunt non pauca in ſubiectas partes; & in epilepticis, cur ſæpe renouetur paroxyſmi hiſtoria ſunt in cauſa; multitudine excrementorum adaucta. Fiat igitur noctu per ſex aut

ſeptem horarum ſpatium, ne videamur velle collocare ſummum bonum, Æſchili more, Endymioni indulgendo.

Quid de longa vigilia proferam? niſi ſubtilioris ſubſtantiæ conſumptionem: vtinam ſuperflua exſiccarentur in illa, nec eſſent literarum ſtudioſi ita phlegmatici, ventriculo infirmiori, & capite humoribus ſuperfluis onuſto. Cùm igitur vtraque, ſi modum excedant, ſuperflua habeantur in malis, interdiu vigilabimus, vt ſuperflua diſſipemus, exercitijs pro ratione cuiuſq; incumbendo: noctu ſomno indulgebimus, quo tempore totum caput humectum eſt, cuncta ſilent & quieſcunt, ſpiritus animales & vitales odio quodam, ſeu antipathia tenebras effugiunt.

Ex ijs quæ ingeruntur multa prouenìunt excrementa; nam cùm naturæ noſtræ non ſint ſimilia, quæ ſumimus alimenta, omni ex parte: aliquid ſupereſt ſemper, quod dicitur excrementum: ad quod depellendum, natura multas vias eſt machinata; veluti craſſioribus fecibus quæ primæ coctioni ſuccedunt, ſeceſſum: vrinis quæ ſecundæ, veſicam & vrethram:

ſudoribus & fuliginibus quæ tertiam coctionem ſequuntur cutim & poros; peculiaribus verò partibus, vti cerebro, nares, & palatum deſtinauit ad pituitam ſuperfluam illac deponendam; per oculos, humorem melancholicum; per aures, bilioſum, vti adnotârunt antiqui. Nam venæ hæmorroides & lien ad id præſtandum ſunt à natura comparatæ & diſpoſitæ: ſicuti & cyſtis fellea ad bilem. Quæ ſingula in bene habentibus proprio & naturali funguntur officio, corporis totius ſummæ vtilitati; aliter verò, modò retenti, modò retinentis vitio, ſymptomata naſcũtur & morbi. Quapropter dabimus operam; vt quæ cohibenda ſunt, ne inſalubriter effluant, retineantur, arte robore conciliato, & quæ excernenda, tempore & loco foras relegentur.

Affectus animi.

Animi affectus, Capite de cauſis externis tetigimus, modò placeant repetita decenter, illorum iubet recordari Hippo. vti & Plutarchus, dum ait; Iam verò & animi affectiones indicant corpus ad morbum eſſe propenſum; quæ vt ablegentur, Epilepticis gratifi-


In epid. par. 8. aph. 18.
l. de impe. valetud.

5. epid. par. 8. apho. 9.

candum erit iocoſo aliquo, faceto & honeſto exercitio, hilaríque; vt à metu & mœſtitia reuocentur. Pilâ æqualiter omne corpus exercetur, ideò matutinis horis huic nauetur opera, & incumbatur alacriter. Qui ſtirpe nobili ſunt oriundi, per interualla humaniorum literarum lectione, aliiſque ingenij nobiliſsimis artibus delectari poterunt; cùm artes liberales & philoſophia ſint animi medicina; in quibus, qui parùm ac leuiter erunt verſati, ſaltem in morali, neque animi pathemata deuitare, quorum veluti procellis agitantur miſerè, aut humanam ſocietatem inire impunè poterunt. Sed priuſquàm vitæ regimen peculiare & remedia tradam, vnum hoc referam, quod tanquam ſummum præceptum poſteris ſe relicturũ putet D. De Montagne in ſuis Gallicis Guſtibus, vt cũ Lipſio loquar: vt quoſuis indiſcriminatim pungat, nititur probare medicinæ arte Dei optimi optimo dono non eſſe opus; vel quia doceret diſcipulos, inquit, Socrates, dum vigeſimum annum attigiſſent, tenere eos oportere, viuendi le-

gem, ex ijs quæ edidicerant, & sibi esse imposterum medici summi loco: quę nobis artem longam cum summo Hippo. & vitam breuem profitentibus paruæ, aut nulli sunt existimationi & curæ; est etenim experimentum periculosum. Non inficior sanè, victum conuenientem laudari debere & admitti primo loco, cùm omne remedij genus superare prærogatiua quadam & dignitate videatur; sed cùm grauioribus morbis plerumque opprimi nos contingat, diæta ad curandum irrita, aut saltem incapaci, medici eruditissimi consilium est non negligenter ineundum, à quo remedia summi negotij præordinantur, & tunc, inuita inuidia, carmen Horatij à D. de Montagne citatum, decantandum venit.

Tandem efficaci do manus scientiæ supplex, &c.



DE REGIMINE VITAE Epilepticorum,

CAP. X.



CVM alimentum ſit illud, quod noſtram ſubſtantiam reficere natum eſt, eámque in integro ſeruare: de illo priuſquàm de medicamento, quod habet aliter, vno hoc capite agere decreui. Iiſdem ergo vtantur liberè, aut ſimilibus, pane videlicet, fermento, ſale & per vices, iuxta temporis rationem, fœniculo, coryandro, aniſóq; condito, abſque alterius ſeminis craſſiorem, aut flatulentum ſuccum generantis admixtione, cum aqua electa, fluuiatili, aut fontana cuius meminit Hippoc. optimè, frequentérque ſubacto. Vſus panis lolio permiſti, tanquam peſtis ſæuiſſima deuitabitur. Carnibus veſcantur arietum, vitulorum, (capreoli caro eſt ſuſpicioſa in Epiſt. Mateoli) pullorum, Gallinarum iuuencularum, caponum, phaſia-

aph. 26.

norum pinguium, perdicum, auicularum montanarum, alaudarum, turturum, turdorum, pullorum columbinorum; ea tamen lege, vt eorum vſus, propria tempeſtate ſeruetur. Carnes cæteræ multa excrementa gignunt, quia multùm à noſtro temperamento deflectũt; veluti ceruina, aprina, bouina, ſuilla, hircina, ouina, caprináque. Anſeres & anates domeſticæ, fluuiatiléſque omnes aues, leporina item caro & venatoria damnãtur, cùm multum ſuccum melancholicum generent & ventrem cohibeant. Vnum mihi ſæpe per vicos & villas ægros viſitanti à colonis relatũ eſt, quod libenter boni communis gratiâ proferam; laniones nobis non paruam iniuriam facere: ij nãque vt viliori pretio ſuas carnes emant, ſolent arietes eligere vertiginoſos, & qui morbo caduco ſæpe tentantur, Gallicè (ſont eſtourdis) in quos dum increpo, aiunt morbum non communicari, quod me reuerâ non latet; ſed ſubſtantiæ ſimilitudine ab illis cerebrum noſtrum pituitæ & humorum metropolis, affici poteſt; in illis ſaltem, quibus ineſt melancholici humoris copia, & ad Epilepſiam diſ-


positio: nam tales in nobis reperiuntur succi, qualia fuere alimenta, quibus vsi sumus. Idcircò nisi imposterum in eos grauissimè cautum fuerit, pœnáque plectantur insigni, non erit quomodo iura ciuitatum inuiolatè custodiantur; dum hac in parte magistratuum vigilantia, aut parua, aut nulla erit. Ad rem propero. Piscium salsorum omnia genera officiunt vehementer Epilepticis, & pisces crassiores, etsi recentes, siue expiscentur è mari, siue ex aquis turbidis, aut stagnantibus, sunt insalubres: horũ loco truttas, lucios, percas, tencas, amphiásque singulos suis condimentis paratos comedant. Quod ad maritimos, vescantur recenti rubellione, salmone, encrasycoli, sardinis, halecibus, mulisque tempore debito sumptis; & in defectu carnium electarum, aromaticis tum herbis, floribus & pulueribus conspergi & condiri possunt, quò eorum visciditas attenuetur, & digestioni commodiores fiant. Caseus antiquior, sinapi, & fungi omnes reijciantur, sicuti & fructus crudi & immaturi, modò poma odora, quæ proprietate quadã benefica prosunt, exceperis. Pruna damascena,

Non nisi rarò vti debent piscibus Epileptici.

brinonienſia, & Diui Antonij cocta, ſaccharo multo conſperſa,& paſtus initio ſumpta multùm proficiunt, quemadmodũ vuæ Corinthiacæ & cõmunes. Cappares conditi, deſaliti ad appetitum deperditum reſtaurandum,ventriculum roborandum,& inſigni proprietate epilepticos iuuandos creduntur aptiſsimi. Oua etiamnum mollia,ſuffocata dicuntur,cum recenti butyro cocta, hordeata item, auenata , amygdalata pulmenta, poma cocta,valent alimenti dulcedine, & diuina facultate. Iuſcula alterari poterunt pauco hyſſopo,menta, ſerpyllo, majorana,bugloſſo vtróuis cum radice, pimpinella, cichorio domeſtico & ſylueſtri,ſaluia,meliſſophyllo,fœniculóq;, aut vna ex ijs, aut duabus promiſcuè, pluribúſue, ſpretis caulibus, betis, ſpinachiis, leguminibus,excepto cicerum tubeorum aliquando iuſculo,allijs,porris,cepis, raphaníſq;, caſtaneis.nucibus iuglandibus, lacticinijs, omni tuberum genere, limacibus, ſalſis & piperatis, & rebus duris. Multi carniſpriuij temporibus veſcuntur ranis , ventre ſcilicet ouis & cruribus; quod ſuſpicioſum admodum exiſtimo. Nos earum vſum


concedimus, cum multo butyro, aut oleo dulci, modò exenterentur, rejecto etiam capite, serpentum etenim admittunt coitum in locis quibus coaxant. Potio melancholicorum, est vinum tenue, multa aqua dilutum, oligophoron dicitur: sed damnum est vtilitate maius, si Epilepticis concedatur, quod innuere vult Gal. dum oxymelite scillitico illos curari quadraginta dierum spatio nobis tradidit. Ptisanæ ex vuis, glycirrhiza, pauco cinnamomo, hordeóue, aut radice Tamariscina parata proderit prudentioribus, & qui morbi causâ, Lyæo spreto, perdomare cupiunt. Claudi poterūt pastus amygdalis dulcibus, torrefactis in clibano, aniso, fœniculo, & coryandro conditis, vicissim sumptis, aut crusta panis assa, nullo deinde potu dehausto. Labor cibum præcedat & subsequatur, sed oportunus, hic lenior, ille fortior: illius summa habenda erit & ratio, & cura, quò coctio iuuetur, excrementa foras propellantur, visceráque & artus roborentur. Exeant multo manè lectulo, qui diutiùs sanitatem conseruare desiderant, tardiúsque repetant, ne longa mora, excrementa retenta, retinendis

& toto corpori summum pariant incommodum, & tandem intemperiem à qua citiùs morborum ingens caterua. Hæc in gratiam Epilepticorũ,& eorum qui inter homines agere pancraticè non valent chartis mandauimus.



DE PECVLIARI EPILEPTIcorum curatione, & primò de nutricibus.

CAP. XI.



Es esset planè solerti medico indigna infantulis nuperrimè in lucem editis, medicamenta, vel data leui occasione, propinanda parare: hæc inquam foret via, qua procul dubio ad interitum præcipitarentur tenelli, cùm natura adeò mollis & dissipatu facilis, vim medicamenti solutiuam sufferre nequeat: quod mouit diuinum principem, vt huic defectui maturè prouideret, dum lac nutricum fieri purgans, & deiectorium, si mulier, aut capra cucumerem syluestrem comedisset, conciohabatur; qua sententia, tanquam diuina,

Auic. 3. par. c. 3. 2. aph. 27.

9. Meth. c. 17.

6. epid. par. 5. aphor. 34.

non ſolùm cucumerem, aut potiùs ſuccum eius ἐλατήριον Græcis dicit, quo frequenter vtebatur Hipp. ſed quæuis alia medicamenta ab eo tempore experientia, & ratione deprehenſa, eáque benigniora intellexit, quorum ope, lac ſuperfluis alumnorũ ſordibus prodeſſe valeat, vi purgatrice, quam nanciſcitur à tali medicamento. Caueant intereà nutrices ne Veneri incumbãt, aut Baccho plus ſatis, cùm ab illa, lac tenue nimis efficiatur ad alendum ineptum & fœtidi odoris, vulgò (ſent au bouquin) maximo puellorum detrimento. Remedia ſequentia & lactanti, & lactenti, aut non valdè abſimilia offerri tutò poterunt; ſi primò nutricibus ſubſcribantur.

Enema. ℞. 4. herb. emol. añ. m. 1. flor. chamo. melil. comar. abſynt. añ. p. 1. pruno. par. viij. ſem. aniſi & fœni. ãn. ʒ j. S. fiat coct. ad lib. 1. in qua diſſol. caſsiæ pro enemat. ℥ 1. hieræ picræ ℥. S. mellis mercu. & olei lilio. añ. ℥ ij. ſalis, ſi opus ſit, parùm, miſce, fiat clyſt. detur die electa vna hora ante cœnam, accedente nouilunio.

Potio purgans. ℞. folior. beton. & borrag. añ. m. 1. ſummit. melliſſæ, florum anthos añ. p. 1.

polypod. querni, paſſular. purgat. & folior. ſenæ añ. ℥. S. aniſi & ſemin pæon. añ. ſcrup. ij. fiat coctio ad q 1 infunde in part. decoct. rhab. opt. ʒ1. ſpicæ nardi parùm. colat. diſſol. elect. diacart. & diaphœn. añ ʒ ij. S. ſyrup. roſ. ſol. ℥. j. miſce, fiat potio detur manè cum regimine.

Augeatur doſis medicamentorum, minuatúrue, pro ratione climatis, aſſumentis, & tempeſtatis.

℞. conſer. flor. anthos, beton. & rad. buglosſi añ. ℥. S. conſer. cort citri condit. ʒ iij. Theriacæ & mithrid. antiquorum añ. ʒ i. S. viſci querni, radic. & ſemin. pæon. Luna decreſc. collec. ān. ʒ. S. cum ſyr. ſcillit. fiat opiat. qua vtatur, ad molem auellanæ maioris, jeiuno ventriculo per tres, aut quatuor dies præmiſſo cathartico ſuperiori, vel ſubſtituatur hic puluis opiatæ loco.

℞. aniſi ſaccharo conditi ℥ j. & S. coryandri præpa. & fœnic. dulc. añ. ʒ iii. cinnamom. ſemin. pæon. añ. ʒ i. cranij cuculi puluerat. & viſci quercini añ. ʒ. S. miſce, fiat puluis pro vſu in fine paſtuum, & manè ieiunè. Multis ingratæ ſunt potiones, quibus pilulæ arrident de agar. lapid. lazul. fumar. indic. vel earũ

loco, tabellæ diacarth. de Citro, aut sequentes, quas mihi ipsi & amicis hac forma compono.

℞. folio. senæ mundat. ℥ i. S.
Polypod. querni ʒ. vj.
Rhab. optimi,
Agar. trochisc.
Turbit. Gummosi,
Hermodactyl.
Diagridij ana. scrup. 4.
Anisi mundat. ʒ i.
Cinnamomi,
Semin. pæon. & rad. eius,
Visci querni an. scrup. duos,
Mastichis
Nucis myrist. an. scrup. vnum.
Croci scrup. S.
Ambræ grisæ g. viij.

Mellis scillit. ℥. iij. sacchari dissol. in decocto callitric. buglossi vtriusque, & florum anthos lib. vnam, fiat Electuar. secundum artem in tabellis. vsus illius est ℥. S. pro dosi cum iusculo conuenienti, pro puerulis verò, hæc fieri poterunt. Scilicet parari balanos ex melle, aut larido, filo appensos, vt ascarides, si qui sint, alliciantur, clysteres ex lacte, iusculis carnium, cum multo saccharo

& melle, nõ fluente eorum aluo. Syrupi præterea exhibeantur ſcyllit. de ſtech. pæoniáq; ad vnum cochleare alternis diebus manè ante lactis ſuctionem, & inſtante nouilunij tempore oblati.

℞. Pulueris maioran. ſaluiæ minutæ, Callitr. florum ſtech. citrinæ añ. ℥ i. puluer. irid. flor. & cinnamo. añ. ſcrup. ij. ambræ griſæ g. vi. miſce fiat puluis pro vna cucuf. aut duabus viciſſim gerendis. His aliquando cucurbitulas admouemus in ſcapulis cum ſola flamma, fricamus leuiter extrema, vt præcipit Gal. & amuleta appendimus, veluti radicem pæoniæ Galeni more.



DE CVRATIONE EPILEpticorum primi ſeptenarij.

Cap. XII.

Admirandus medicinæ parens, noſtræ vitæ curriculum per ſeptenarium numerum diuidit: illius exēplo remedia omnia & vitam noſtram componere & diſpertiri, eſt in votis, eo modo: vt ab vbere deprehenſum ho- *l. de principiis.*

minem, ad septimum vsque annum nostris præsidiis & Deo duce concomitemur: ab ea deinceps ætate, ad cæteras ordine digrediemur, augendo minuendóque remediorum seriem, dosímque, prout locus, natura, & res, postulare videbuntur, memorando diuini Platonis sententiã; morbos omnes à melancholia factos, esse curatu admodum difficiles, medicorum esse flagellum, & quò magis irritantur, eò deteriores euadere. Quare cùm quispiam corpora purgare voluerit, fluida faciat oportet. Pueruli sicuti & alij prouectiores, difficulter curantur, nisi mutatione ætatis (& maximè vbi labes à parentibus est contracta) id beneficij accipiant, nam quæ vitio ætatis accidit Epilepsia per septenarios magna ex parte soluitur: quæ verò ab erratis in victu, vix quidem per mutationem, sed oportunis remedijs; quod obiter notandum duxi. Tenerioribus per nutrices aliquot remediorum formulas concessimus: jam se offerunt ablactati, quibus vbi Epilepsia tentabuntur, citò, tutò, & iocundè opitulandum erit, cùm hanc ætatem agentes pueri, à ciborum ingluuie, vermibus, pediculis, tumori-

In Timæo.

l. 2. aphor. 45.

bus, vomitibus, alui fluxu, exanthematibus, papulis, verrucis adnatis, pruritu, serpigine, calculo, Epilepsiáque laborēt non paruam temporis partem: vt probat doctissimus Mercur. in suo opere de morbis pueror. Gal. imperat radicem pæoniæ in nouilunio collectam collo appensam gestare laborantem puerum, quā & proprietate occulta & vaporibus suis siccis & calidis ad cerebrum elatis, proficere multùm experiebatur: radix illa & similes philateriæ dicuntur, id est conseruatrices; quarum ope, fit paroxysmi præcautio. Multi hodie precantationibus, characteribus, imaginibus, & periaptis summam fidem habent, contra quorum inscitiam clamat Gal. dum ad aniles fabulas Pamphilū botanicum confugisse scribit. Plin. multa refert. Trallianus & aëtius varia cōmenti sunt. Vulgus sequentia carmina ad amuleti, seu impressi characteris formā deferre præcipit: nostris dicuntur (Breuets.)

In consil. pro Epil.

6. de simplic. medi. facult.

Gaspar fert myrrham, thus Melchio, Balthasar aurum.
Hæc tria qui secum portabit nomina regū,
Soluitur à morbo Christi pietate caduco.

Alij precibus vtuntur & votis, quod

ſanctum exiſtimo & verè pium. Eccleſia ſacramentis, exorciſmis, & pœnitentia multiplici nititur, ſæpéque ſupernaturaliter & à benigno Dei concurſu intentum conſequitur. Alij autem, vt magici dęmones inuocāt, cum pactione & ſuperſtitioſis ſuis, & verbis prolatis & characteribus appēſis: ſed hæc, quia dānoſa & diabolica. Chriſtiani effugere omni induſtria & arte debent, ne pereant in æternum, futilia Anaxagoræ more ſpernēdo, multas orationes, & preces Deo Opt. Max. fundendo, vt nobis mandatur ab Hipp. cùm medicus non curet, vt ait Guido Gauliacenſis, ſed remedia, quibus vis curandi à Deo data eſt: & ex opinione lepidi cuiuſdā poëtæ,

l. de mor. ſacro.

Nî Deus adfuerit, viréſque infuderit herbis,
Quid rogo dictamus, quid panacæa iuuant?

l. de inſomniis.

Nos implorato Dei auxilio de præceptione Hipp. manum operi admouebimus, hac, aut ſimili methodo incedentes.

Enema.

℞. Decocti hordei, furfur. biſmalu. ſemin. aniſi & florum chamo. lib. S in qua diſſol. Cathol. ℥ vj. mellis roſ. col. &

& ſaccari rubrian. vnc. j S holei chamo. niſi adſit vermium ſuſpicio. vnc. ij. fiat enema cum oui vitello, inijciatur die & hora electis, inſtante nouilunio.

℞. Rh b in ſubtilem puluerē redacti ʒ. j. aut eius extracti ſcrup. ij electuar. diacarth. aut Cathol. nec ad maiora eccoproticis deueniendū puto. ʒ ij. ſemin. pæoniæ, coralli rub. præpa. & ſanton. añ g. 3. ſyrup. roſ. ſolut. ʒ vj. vel vnc. j. decocti pulli folijs cichorij alterati q. ſatis: fiat potus, detur manè cum regimine. vel *Potus.*

℞. Syrupi de floribus perſicis, vel roſ. ſolut. vel de cicho. cum rhabar. vnc. j. S. vel vnc. ij. dentur cum prædicto iuſculo, aut aquis cichorij, portul. aut gramin. Quòd ſi torqueantur graui, & frequenti paroxyſmo, vtantur ſyrupis longis & ſolemnibus, quorum formam infrà docebimus. Gerant interim cauſticum in alterutrouis brachio, & parte conuenienti, vel in parte colli poſtica, aut ſetaceum ſupra muſculum trapeſium, inter primam & ſecundam vertebrā: vbi morbus erit per protopathiam, alioquin humores, & virus ad cerebrum traherentur: manè item ſyrupus ſcilliti- *Varij ſyrupi ad eundem ſcopum.* *Cauſtic vtilia admodum.* *Qui ſyrupi condu cant.*

cus,aut mel ad vnum cochleare per aliquot dies offeretur vtiliter. Quòd si aura maligna huius morbi causa in ventriculo stabuletur, præmittendis præmissis.


Vnguentũ. ℞. cerati confort. Gal.stomac.vnc. ij. nucis mosch. pulverat. caryophil.macis, Galangæ añ.scrup.ij. spicæ nardi,semin. pæon. ligni aloës ãn. scrup. S. olei mentæ & ceræ ãn. q. S. fiat vng.vel ceratum, applicetur regioni ventriculi. Vermes aliquando pueros agitant,insomnia, pauores conuulsionésque mouent,tunc.

℞.Olei de absynt.& amygdal amar. ãn vnc. j. & S. pulueris lupinorum ʒ iij. pulverum hieræ ʒ ij. santoni myrrhæ,& agar.ãn. scrupu. ij. Terebint. & ceræ ãn. q. s. fiat ceratum, vel vnguentum cum maiori olei copia,admoueatur prædictæ parti per aliquot dies horis serotinis, hęc ad præcautionem. Quòd verò ad paroxysmum spectat, illius præceps erit, & compendiarium auxilium,veluti frictiones extremarum partium, deorsum versus, dentes diducentur, & palatum perfricabitur, penna, theriaca, mithridatio aut diaphœnicone oblinita, sternutamenta mouebuntur cum pauco pipere,puluerę hellebori,baccarum lauri,vel

Quò tractetur paroxysmus.

euphorbij, ídque modestè, ne horum nimio calore, cerebri substantia offendatur. Aqua item Theriacalis, aut imperialis pota multùm proderit, sicuti aqua stillatitia cardui benedicti, cum pauca confectione alkermes, theriacæ, aut similium. Vbi tibiæ, digitíue virus fouebunt, vinculum illis inijcies, quò venenum intercipiatur, partem fricabis, donec rubescat, & posteà tandem vnguento aliquo calido illam obduces, addita theriacæ portione,

O quantum in subitis casibus ingenium? Elapso verò & dissipato paroxysmo, phœnigmum, aut vulnus parti induces, quo virus absorbeatur per partem ipsam omníque industria conabere, vt citò terminetur.



DE CVRATIONE EPILEpticorum secundi septenarij.

CAP. XIII.

Secundo septenario, infantiæ metæ, temperamento calido & humido, omnium corruptioni maximè obnoxio, sua sunt ferenda præsidia, quorum

auxilio & venenum & cauſæ veneni auferri valeãt de medio & propriùs deleri: illa verò, modò ex pharmaciæ riuulis, modò à chirurgicis inſtrumentis poſſunt mutuari, nõ neglecta victus ratione, quę cæteras medicinæ partes, nobilitate, dignitate & benignitate ſuperat; prior multa gratia & odore perfunditur, hæc ſeuerior parùm & latu difficilior videtur, metu inciſionum, ſcarificationum, aperturarum, aliarúmque operationum, ferro acuto, ſcindenti, aut candenti peragendarum: hac de cauſa, huic coacti, & in ſumma neceſsitate manum admouemus, victu & pharmacia non proficientibus; nam, vt eſt latum veteri ſententia: Quoſcumque morbos medicamenta non ſanant, ferrum ſanat, quos ferrum non ſanat, ignis ſanat, qui verò ab igne non ſanantur, incurabiles eſſe putamus. A leuioribus ergo ducemus initium, qui vbi parum aut nihil iuuerint, ad cauſtica nos conuertemus aut actualia, aut quę talia dicuntur, veſicantia, phœnigmi, cucurbitulæ, cornua, ſanguinis miſſiones, erunt ex vſu, etſi illiberales. Non valde probo, quæ ſupra ſuturam coronalem affiguntur, aut inuruntur cauſtica; niſi

in extrema & vrgente neceſsitate, cæteriſque irritis; propter partis raritatem, vilóſque quamplurimos à meningibus cerebri per ſuturas ortos; ídque non in epilepſia ſolùm, ſed & in alijs affectibus, qui hoc auxilij genus expetere videntur; cùm hæc via non ſit apta craſsioribus excrementis vacuandis, quæ, ſuamet forma, deorſum vergere fatentur philoſophi. Omnes fumi quidem & fuligines per ſuturas & poros capitis diſcutiuntur, ſed quæ tardioris ſunt, & viſcidæ conſiſtentiæ, non ita facilè, cùm in ſubiectas partes per ſuos riuulos, & canales detrudantur authore Gal. Hinc aliquando oriuntur accidentia, ab igne cerebri ſubſtantiæ impreſſo, quæ mortem immaturam afferre, aut ſaltem grauia accidentia inuehere poſſunt. Ad tempus ideò admoueri poterit cauſticum, inter primam & ſecundam parte poſtica vertebram, ſupra muſculum trapeſium; aut in vtróuis brachio & parte commodiore; vel etiam tibiarum parti internæ, quod genus remedij, melãcholicis cenſemus optimum, ad atrum humorem deorſum trahendũ naturæ lege, & inſtituto. Cauſtica huic affectui eſſe

vtilia, probarunt nonnulli, qui olim ictu catapultæ, capiti inflicto ab Epilepsia euaserunt. Vesicantia admouentur in radicibus auriũ, emplastri debitæ magnitudinis formula; nisi in pueris eorum malignam & occultam qualitatem, in vesicæ corpus agentem antipathia quadam veriti fuerimus. Setaceum remedium crudele censetur, dum inuritur, sed ad visus conseruationem in lippientibus maximè, excrementorúmque consumptionem, alijs anteponitur, hoc potius vtor, re premente, quàm caustico, opticorum metu, qui à cerebello ortum ducunt. Sed ad remedia quæ huic ætati debentur, festinemus.

…nema. ℞. Maluæ & bismal. ãn. m. j. florum ros. viol. & furfur. ãn. P. j. semin. fœnic. ʒ ij. fiat coctio ad quart. tria, in quibus dissol. cathol. & sacchar. commu. ãn. vnc. j. mellis anthos. & olei ros. ãn. vnc. ij. salis parùm, si difficulter ægrotans moueatur ad secessum, misce, fiat clyster, detur vna hora ante cœnam.

…tio pur-…ns. ℞. Agar. trochis. ʒ j. rhab. opt. scrup. duos, spicæ nardi & cinnamo. ãn. scrup. S. infunde in aquis beton. & endiuiæ, colat. dissolue electuar. de citro & tabell.

ex noſtra deſcrip. ān. ʒ ij. corallinæ & cornu cerui vſti. ān. g. 4. miſce, fiat potio detur in aurora, cum cuſtodia, ídque robuſtioribus huius ſeptenarij.

Puluis ſequens cuilibet ætati poterit exhiberi, legitima doſi ad debellandum virus epilepticum: illo namque medici Monſpeſſulani vtuntur ſæpiſsimè, cum ſummo fructu, hunc tenent à venerandiſſ. quondam & meritiſſ. D. de Saporta Regio profeſſore. Hæc eſt eius componendi ratio.

Puluis omnium optimus ad oppugnandam Epilepſiam.

℞. Cranij humani præpar. cinerum vngulæ aſinin. ān. vnc. S. ſemin. pæon. radic. eiuſdem, viſci querni ān. ʒ iij. capitis cuculi combuſti & hirundinum. ān. ʒ ij. nucis moſch. ʒ j. S. margarit. elect. coralli rubri ān. ſcrup. 4 ſemin. rutæ, baſilicon. & callitrici ān. ʒ j. pulueris diamoſchi dulcis ſcrup. duos, raſuræ eboris, radic. angelicæ, ſemin. aniſi & fœni. ān. ſcrup. vnum, hyſſopi, maior. ān. ʒ j. S. folior. lauri numero x. fiat puluis pro vſu.

℞ Huius puluer. drag. duas S. ſacchari candi. vnc iij. miſce fiat puluis detur ex cochleari manè, per tres dies ab aſsūpto medicamento tempore nouilunij; qui-

bus inerit humorum copia, qua virus fouetur,& medicamenti vis infringitur, purgatio, iterum atque iterum pro medici præsentis iudicio, & ægri viribus facta summè proderit, amplexis semper alexiterijs.

Syrup. scill. mel pæon. optima remed. huic affectui.

℞. Syrup. scillit. vel mellis pæoniat. vel anthosat. vnc. 4. capiantur ℥ iij. manè alternis diebus,& per mensem si sit opus ab vsu purgantium.

Potio ordinaria huius septenarij.

℞. Ligni sassafras vnc. ij. aquæ electæ lib. x. coque ad medias, aut tertiæ partis consumptionem; addendo in fine cinnamomi ℥ iij. aut vnc. S. rad. pæon. ℥ ij. sacchar. lib. ſ. colatura propinetur continuò in pastib.& extra pastus.

Caustica non solùm in hac ætate, sed & in sequentibus, sicuti prædicta exercitia chirurgica summè colantur: quod dictum volo, ne crambe toties recocta, mors extet, vt fertur communi adagio.

Potus in accessiom.

℞. Theriacæ & mitrid. veterum an̄. scrup. duos castor. g. sex, syrup. scilit. ℥. S. aquæ cardui benedic. & scabios. an̄. ℥. i. aquæ imperial. ℥ iij. misce fiat potus, detur ex cochleari paroxysmi tempore. vel

℞. Aquarum melissophylli & beton-

añ. ℥ i. syrupi, aut mellis pæoniat. ʒ vi. aureæ alexand. scrup. duos. confec. alkerm. dragm. S. puluer. contra Epilep. scrup. vnum. fiat potus, detur vt suprà. Excitentur vt dictum est omni arte si fortè decidant.



DE CVRATIONE EPILEpticorum tertij septenarij.

Cap. XIIII.

PVbertas quæ ad decimum octauũ annum prorogatur, & iuuentutis initium, quæ tertium complent septenarium, consecutione quadam expostulare videntur, vt multa humanitate, qua potuimus sedulitate, & remediorum electione duabus absolutis ætatibus, ordine tertio collocentur. Hunc igitur septenarium, in quo calor prædominatur, vt illius multis patet per totum corpus indicijs, non sine sedula diligentia curabimus, ne elapso vigesimo quinto ætatis anno Epileptici sæuiter commoriantur

& miserè: qua in re præstanda superiorum ætatū curatio non parùm medenti prodesse poterit, dum rectiùs spectetur: ad hæc igitur, aut similia, Turni præsentia vrgente, & ad præcautionem confugiemus audaces & intrepidi.

Clyster. ℞. Decocti commun. enemat. lib I. cui adde fol. beton. melissæ, hyssopi ān. m.S. florum anthos, chamom. & viol. ān. P.i fiat leuis coctio. colat. dissol. casiæ cum sacchar. & benedictæ laxat. ān. ʒ vi. mellis anthos ℥ ij. olei chamom. ℥ iij. misce, fiat clyst. detur hora electa pridiè sequentis morsuli.

Bolus. ℞. Casiæ recenter extractæ ad vaporē decoctionis maluæ & anisi ℥ i. cathol. ʒ iij. semin. pæon. g. vi. cum saccharo fingatur bolus, detur manè cum regimine.

Sanguinis missio. Sanguis exuperans potest minui pro iudicio adstantis medici. Hyppoglottides & vena frontis in quibusdā possunt aperiri.

Apozema. ℞. Radic. acori vulgar. pæon. glycirr. & saliæ par. mundat. an. vnc. j. cort. rad. Cappar. & polypod. quern. an vnc. j.S. callitrici, melissæ, serpylli, capil. ven. scolop. chamæd. chamæpit. fumar. ān. m. S. passula. purgat. & fol. senæ mundat. &

aqua vitæ irror. an. vnc. ij. ſemin. Car-tham. decortic. vnc. S. florum viol. epit. & Geniſtæ ãn. p j agar. trochiſ. ʒ iij. zinziber. ſemin. ſeſel. & aniſi ãn. ʒ j. fiat coctio ad lib. j. in qua diſſol. ſyrupi, vel mellis ſcillit. vnc. iij. diambræ ʒ j. fiat apoz. clarum pro 3 doſibus matur. Infunde in portione vltimæ rhab. optim. ʒ j. S. cinnamo. & ſantal. citrin. ãn parũ, colat. expreſſæ, diſſol. elect. de ſucco & cathol. ãn. ʒ ij. detur cum maiori cuſtodia.

℞. Opiatæ ſalamo. ſcrup. 4. cum ſaccharo fiat morſulus detur vorandus, poſtridiè vltimi medicamenti. vel *Bolus.*

℞. Conſeruæ flor. anthos & rad. bugloſsi ãn. vnc. j. conſeruæ comar. meliſſæ, cort. citri & florum ſaluiæ ãn ʒ iij. myrabol. Kebul. condit. N. j. theriacæ & mithridatij antiquorũ ãn. ʒ j S. diambræ & diamoſchi ãn. ſcrup duos, ſemin. pæoniæ, aniſi, macis & nucis moſch. ãn. ʒ ß. vngulæ alcis ſcrup. j. cum ſyrupo ſcillit. fiat opiata auro cooperta detur illius ʒ j. ß. manè ſumptis aquæ bugloſsi & beton ſtillat. vnc. S.

℞. Aniſi & fœni. dulcis ãn. vnc. S. elect. arom. roſ. oſsis de corde cerui, & eiuſdem

cornu, puluer. contra Epilep. ān.3 S. ſacchari Candi vnc. vj. miſce fiat puluis pro vſu poſt ſingulos paſtus ad vnum cochleare, nihil ſuperbibendo, aut comedendo.

…alidiores …pate v… …ntur ſero …ctis capr. …t ouili.

Quidam ex Epilepticis, habent præcalidum jecur, quibus vtilius erit ſerum lactis per menſem manè epotum, alij contra ſudorifico proficient, hac aut ſimili methodo.

…dorifica.

℞. Rad. chinæ mundat. & diſſectæ vnc. iij. aquæ electæ lib. 4 coque ad mediæ partis conſumptionem; de colatura capiantur. vnc. vj. aut vij. manè calidè & iejuno ventriculo ſudando ad libitum, per quindecim, aut viginti dierum ſpatium. Secundariū decoctum ſufficiet pro potu ordinario, modo aromatizetur & dulcoretur, cum dięta ſicca, exonerato tertio quoque die ventre, natura vel arte.



DE CVRATIONE QVARTI ſeptenarij.

CAP. XV.



NOſtro prognoſtico ex Hipp. fontibus deſumpto morbos comitiales, qui ante pubertatem accidunt, vt plurimùm, curationem accipere ſcriptum legimus, mutatione aëris, temporis, ætatis & vitæ rationis: omnia igitur eò vſque termini, qualiacunque acciderint, in bonis erunt ducẽda, dummodo naturam morbi malignitate oppreſſam, noſtris remedijs ſubleuare fuerimus conati; cùm vltra limitem illum, duce Hipp. incaſſum & ſine fructu noſtram operam commorituris collocemus (etſi proſperè id aliter euenire non ſemel viderimus.) Iterum igitur, atque iterum, tamquam è ſumma ſpecula tempeſtatem futuram præuidere, non erit niſi prudentiſsimi & ſapientiſsimi medici, vt quò pugna gra-

Vidi plus quàm duo ſanari 25 anno elapſo.

uior, hostis atrocior, & ferocior, eò corona gloriosior. sit illi & premij & remunerationis loco: continuis etenim effectibus, continuum debetur remedium. Quamobrem triplici vtemur curandi via. Primò præcauebimus, quominus si fieri possit, accidat paroxysmus. Secundò, illo existente alexipharmacis, & ijs quæ pestiferam qualitatem debellare valent præsentem, ex arte nitemur. Tertio & postremo loco, eodem finito, ne redeat cauebimus, vacuantibus, alterantibus, roborantibus & alexiteriis, tam sumptis, quàm admotis: monebimus epilepticos, quibus futuri paroxysmi præcognitũ tempus extiterit, vt iejunio incumbant, domum & cubiculum seruent, fricari in extremis corporis partibus & deorsum versus, singulis matutinis curent, & conuenienti aliquo præsidio ad præcautionem vtantur, donec virus, aut absumptum sit, aut in rabiẽ agi desiuerit, tetros odores fugiendo; sanguinis missionem, vbi erit vtilis, admittendo. & cætera quæ à capaci, & docto medico præordinabuntur. Gal. phlebotomiam, imperat, his verbis. Quamobrem, inquit, podagrici ex cubito, comitiales

de sang. mission. de vit. 6.

verò & vertiginosi potius ex cruribus euacuabuntur, imprimis ergo.

℞. Radi. liliorum & bismal. ān. vnc. ij buglossi, viol. mercur. achanti, ān. m. j. caric. ar. & pruno. ān. par. sex. semin. fœnic. & lini ān. ʒ ij. hordei, florum chamom. ān. P. j. fiat coctio ad lib. j. colat. dissol. Cathol. & diaprun. ān. ʒ vj. Cassiæ cum melle vnc. S. mellis ros col. & olei viol. ān. vnc. j. S. vel vnc. ij. misce, fiat clyster, detur hora conuenienti ante sequentia.

℞ Agar. recenter trochis. scrup. 4. rhab opt. ʒ j. zinzib. & caryophil. ān. parùm, infunde in suff. decocto callitrici, florum buglossi, anthos. hordei, anisi. fœni. & fol. senæ, in express. & colatur. dissol. elect. indic. maior & diaphœn. ān ʒ ij. & S. syr. ros. sol. vnc. j. santon. parùm, fiat potio propinanda in aurora cum regula. die sequenti sanguis mittatur, si opus sit. *Potio minorans.*

℞. Rad. fœnic. aspar. Cyperi, pæon. ān. vnc. j. cort. citri sicci & rad. tamar. ān. ʒ vj, saluiæ minutę, beton. Caryophil. hyssopi, capil. ven. vtriusque cicho. & buglossi ān. m. S. polypodij querni recentis, passular. purgat. & fol. senæ à sti- *Apoz. pro 3 mane.*

pit. mundat. ãn. vnc. ij. semin. Carth. & agar. trochis.ãn.vnc. S. turbith gummosi ʒ ij. Cinnamo.ʒ j. anisi ʒ j. S. florũ cordial. p. j. fiat coctio ad lib. j. in qua dissol. syrupi scillit. vnc. iij. diagal. ʒ. j. misce fiat apoz. clarum pro ʒ. dosibus matutinis. Potest infundi ʒ. j. rhab. in portione vltimæ, dissol. colat. confec. hamec ʒ. iij. aut diasenæ tantundem.

Opiata. ℞. Conser. rad. borrag. flor. ros. & viol. ana vnc. S. aureæ alexand. theriacæ & opiatæ Salomon. añ ʒ. j. puluer. contra Epilep. scrup. duos, cum syrup. scillit. fiat opiata capiatur illius ʒ. j. manè per tres dies.

℞. Anisi mundati vnc. j. fœni. dulcis ʒ. iij. puluer. contra Epilep. ʒ. ij. sacchari albi vnc. vj. fiat puluis pro vsu à pastibus, sine potu desuper.

℞. Ligni indici vnc. 4. salsæpar. & sassafras ana vnc. j. aquæ font. lib. 12. infunde per diem naturalem, coquendo deinde ad medias, de colat. potẽtur manè vnc. 7. sudando ad voluptatem.


Secundarium decoctum cinnamomo conditur, & saccharo dulcoratur, pro potu frequenti in pastibus & extra: excrementa quæ sæpe sudantibus retinen-

tur, clystere, aut balano per interualla possunt elui.

Quidam inueniuntur Epileptici, quibus sudores & sudorifica non conducũt, præ illorum habitu sicco; illis sequens balneum dicauimus.

℞ Comarum salicis, buglossi vtriusque, pampinorum vitis & quatuor herbarum emollientium ana m. 4. florum pomorum, si reperiantur & nympheæ, trium cordial. ana P. iij. semin 4. frigid. maio. ana vnc. j. hordei leuiter contusi & furfur. macri, ana lib. j. s. fiat coctio in aqua fluuiatili, aut font. pro balneo, quod ingrediantur Epilep. sine sudore manè per tres dies; admouendo ceratum santal. vel vnguent. ros. regioni hepatis & renum. nisi capite doleant, aut flatibus infestentur vtantur lacte asinæ, recenter emulso per mensem & ab vsu superiorum.

Epileptici & melancholici vtā tur verno tēpore lacte asinæ.



De curatione Epilepticorum quinti, sexti & septimi septenarij.

Cap. XVI.

Nos pollicitos vnumquodque septenarium seiunctim tractaturos, quis mirabitur prima fronte? desinet tamẽ, dum turbæ remediorum sæpius repetitę à quibus in immensam molem excreuisset libellus præter votum & intentum, nos habuisse rationem, apud se benignè reputauerit, memineritque remedia, quæ secundùm magis & minùs solùm differunt, specie non differre, ac ideò non debere superuacuè repeti: quibus de causis, quintum, sextum & septimum septenarium præsenti Capite complectar. Hipp. summæ opi melancholicis & epilepticis fluentes hæmorrhoides significauit, hoc sequẽti aphorismo. Hæmorrhoides habentes, neq; pleuritide, neque peripneumonia, neque multis, vt rem in pauca contraham, alijs morbis corripiũ-

6. Epid. par. 3. Aph. 1.

ur. Illas ergo prouocabimus aperienti-
bus, ſanguinem deorſum mouentibus,
cucurbitulis, frictionibus tibiarum, cru-
rum & pedum deorſum verſus, ſangui-
nis miſſione, & alijs quæ ad id præſtan-
dum erunt vtilia verbi exemplo.

℞. Catholici opt. ʒ.vj. diaphœn. ʒ iij. *Bolus.*
puluer. contra Epilepſiam ſcrup. S. cum
ſaccharo, fiat bolus, detur manè injecto
pridie clyſt. emoll. & carmin.

℞. Radic. cyperi, angelicæ, pæon. *Apozem.*
ruſci, fœni. an̄. ℥ j. cort. rad. ebuli, cap-
par. & tamariſcin. mundat. omnium an̄
ʒ.vj ceterac, adianti, calamenti, vtriuſque
buglоſſi & cicho. an̄. m. j. polypod.
quern. glycirr. & paſſular. purgat. an̄. ℥ ij.
folio. ſenæ ℥ j. S. pulpæ ſemin. carthami.
ʒ vj. ſemin. pæon. fœni. agni caſti, an̄. ʒ j.
epit. Cretenſis & agar. trochiſ. an̄. vnc. S.
Cinnā. & Caryophil. ān. ſcrup. duos. fiat
omnium coct. ad lib. in qua diſſol. ſyr.
roſ. ſol. vnc. iij. fiat apoz. clarum pro 3.
doſibus, aut 4. matut.

Adde vltimæ infuſ. rhab. cum ſua
ſpica ſcrup. 4. colat. diſſol. cathol. ʒ iij.
vel vnc. S. ſyr. de cichor. cum rhab. vnc. j.
detur cum maiori cuſtodia. Saphœna
poteſt aperiri, poſtridiè ſecundæ doſeos

& sanguinis quantitas sufficiens educi & detrahi. In crastinum dentur scrup. 4 opiatæ salomonis, manè iejune ante omnem cibum, potúmque.


Paretur decoctum sudorificum ex radice chinæ, ligno sassafras, Gaiaco, aut salsapar. naturis calidioribus parabibitur baineum superius, aut sequens in hunc modum.

℞. rad. cucum. agrest. & bismal. ān. lib. 2. Cort. Citri sicci, Galangæ, Cyper. & rad. pæon. ana. quart. 1. callitrici marrub. odorati, beton. melissæ, buglossi, scabios. & salicis ana m. iij. flor. melilo. camom. ros. & viol. ana p. iiij. amygdal. dulc. contus. & hordei ana lib. 1. semin. lini lib. s. fiat coctio in aqua electa pro balneo trium dierum, cum pauco aut nullo sudore: poterit parari ex aqua sola dulci & tepente, cui si addantur flores odoriferi, gratia illi summa conciliabitur.

℞. conser. flor. viol. cucurb. & stolo. lactu. ān. vnc j. confect. alkerm. theriacæ, & confect. de hyacint. ān. ʒ j. margarit. præpar. cornu cerui, etiā præpa. visci querni. semin. pæon. & radicis eius, ān. scrup. cum syrupo. de stec.

iat opiat. folijs aureis cooperta, capiat
pilep. ℥ j. ß. manè ſumpto deſuper hy-
lromelitis ſcillitici momento per tres
lies ante nouilunium.

℞. ſucci mentæ vnc. ij. inijciatur pa-
ùm intra nares paroxyſmi tempore.
Potiones cardiacæ iam præordinatæ, ſi
ii cadant, erunt eadem forma, & modo
preparandæ. Apozem. item iam præſcri-
ptum poterit fieri Syrupus ſolemnis,
uctis augendis, cuius vſus erit per in-
erualla.



DE CVRATIONE *Epilepticorum ſenum.*

CAP. XVII.

TRitum eſt illud apud phi-
loſophos cuncta quæ qua-
litatibus contrarijs conſtãt,
in extremam tandem pro-
abi & deſinere analyſim, & ſui penitus
diſſolutionem : quod verum ex experi-
mento eorum patet, quæ adoleſcunt &
vegetant, quæque ſenſum habent, eo-
rúmque, quæ additione tantùm, vt de

omni ente loquar, seu nouæ materiæ appositione excrescunt, & in massam coaceruantur, modò sui, modò alterius causæ aduentantis vitio: omnia siquidem hæc præfata mox ex parte materiæ inconstantis & omnium formarum æmula, mox, elementorum intestino dissidio occidunt, aut etiam ob innatas sui interitus causas, (vt de solo homine verba faciã) quas nulla ars, nulla humana industria effugere, sed ne reprimere quidẽ pot. & quasq; accidere fatetur sincerior medicina: hæc verò constituũtur caloris in humidũ primigenium perpetua & indesinens actio, excrementorúmque prouentus; quorum interuentu ad senectam, tandémque ad necem præceps homo deuoluitur, humido innato sensim minuto, exarefacto aut consumpto, caloréque prope dissipato: quorum defectu in edentulis senibus, alimentorum consequenter sequitur concoctio inepta, quæ prædictis, naturaliter habentibus perficitur, hinc exigua assimilatio, paruáque subit in partem deperditæ substantiæ reparatio eo nunquam gradu, quo per dies singulos euanescit & dissipatur; cum alterius sit dignitatis &

perfectionis, quàm illa quæ alimentis in tali hominum genere comparatur, vel ratione ſiccitatis à longo tempore contractæ, quæ appoſitionem alimenti non minùs impedit, quàm aridus paries calcis adhæſionem; vnde excrementorum Ilias & morborum ingens caterua, vt ex ſenũ progreſſu notauit Hipp. vti catarrhi, apoplexiæ, quæ huic ætati familiaris affectus creditur, vigiliæ perpetuæ, quæ propriæ paſſiones ſenectutis dicuntur eodem authore, ob penuriam dulcis vaporis, caloris imbecillitatem, & pituitæ prouentum: Quibus non torquentur moroſi ſenes præter effata? eorum ſummam habebit curam medicus cùm miranda in arte medica, quotidie notentur, ex oportuna remediorum ſerie; quòd etſi nulla ſit certa aut elucens ſpes ſalutis, nec ideò ſunt deſerendi ſenes, ſed potius à grauiore paroxyſmo tutandi: & profectò inhumanum eſſet relinquere illum cui tantillum vitæ, ſpiritúſque remanet, nam vt habet poeta:

3 apho 31.

Comm. in ſupradictũ aphor.

Viuere ſpe vidi, qui moriturus erat.

Solatione duntaxat: Adde neminem eſſe ſenem, qui annum integrum inter viuere non putet vt prouerbio

fertur veteri: dum igitur eorum gratia medicamentis manum admouebimus, illa eligemus quæ hominis temperamento & præcipuè huic ætati sint propinquiora, vt salubriora, tali aut simili via incedentes.

℞ Decocti pector. lib. cui adde in fine coct. fol. callitri. scabiol. ana m. j. semin. pæon. ʒ j fol. senæ mundat. vnc ij. polypod. querni. leuiter contusi vnc. j. S. semin. carth. epit. cret. & agar. trochis. ana ʒ iij. zinzib. ʒ j. fiat leuis coctio ex arte ad pondo prædictum facta colat. dissol. syr. scillit. vnc. iij. diamosch. dulcis scrup. ij misce fiat apoz. clar pro ʒ mat. iniecto imprimis sequenti enem.

℞ Decocti emoll. & carmin. lib. in qua dissolue benedict laxat. mellis mercur. & diapru. ana vnc i. facchari commu ʒ vi. olei anethi vnc iii. misce, fiat clyster, detur. In robustioribus exerceantur chirurgicæ operationes, vt olim diximus.

Adde vltimæ dosi apozematis rhab. ʒ i. cum pauco santal. citrin. colat. dissol. diacarth. ʒ iii. detur veris aut autumni tempore, instante nouilunio.

Qui præditi erunt in hac ætate dentibus fortioribus vtantur biscocto anisa-

to

to, quo eorum ſuperflua humiditas abſumatur.

℞ Puluer. contra epilep. ſuperiùs ſcript. ʒ iii. ſacchari maderati lib .ſ. ambræ griſæ & moſchi ān. G. viii. fiat puluis, quo vtantur manè, ieiuno ventre, & maximè poſt vſum vacuantium.

℞. Puluer. irid. flor. puluer. flor. anthos, roſ. ana ʒ iii. coryandri præpa. & granorum Kermes ana ʒ ii. macis, calami aromat. ana ʒ i. moſchi, ambræ griſæ ana g. ſex, miſce fiat puluis pro cucufa gerenda ex arte. Cauſtica, in hac ſenecta ætate præferri debent cæteris auxiliis. Sudores etiam poſſunt moueri, in eis quibus vires ſuppetunt, per aliquot dies, cũ victu ſicco: vti ſuprà ſatis ſupérq; dictum credimus; eorum vice balneum ſubſtitutum eſt, tanquam vicarium, ſiue ad ſudores mouendos, ſiue ad humectandum.

Vſus mannæ calabrinæ, caſsiæ fiſtularis, Catholici, electuar. Nicolai lenientis, infuſio ſenæ, puluɛris diacarthami ſenibus valde conducunt Senes multùm iuuant ſequentia catapotia, etſi liquidorum vſus humori melancholico & terreſtri emolliendo valdè probetur vera

ratione. ſic componas.

℞. Rhab. opt. agar. recenter trochiſ. aloës & lapid. lazul. loti, ana ʒ ii. folio. ſenæ puluerat. epit. cret. ana ʒ i. ſ. cinna. & caryophil. ana ſcrup. i. croci & myrrhæ ana ſcrup. S. cum ſyrup. de pomis fiat maſſa & è ʒ i. quinque pilu. vorentur poſt primum ſomnum, leni cœna præcedente & iniecto pridie clyſt. emoll. & carmi. 8. vel 10. quoque die.

℞. Decocti callit. borrag. cicho. ſemin. aniſi, ſeſel. & rad. pæon. lib. ſ. ſucci pomorum vnc. 4. ſucci meliſſæ vnc. ii. mellis ſcillit. & ſacchar. opt. ana q. ſat. fiat ſyrupus perfectè coctus, quo vtantur epileptici ſingulis diebus manè ad vnum cochleare abſtinendo ab eo, diebus, quibus euacuabuntur per pharmaca.

Vtantur aliquando maſticatoriis ieiuno ventre ex pyretro, cubebis, pineolis, zinzibere & aliis ad pituitam è capite per os proliciendam.

Quidam reſpuunt omne remedij genus præter pullum infarctum paſſulis, floribus cardiacis, endiuia, malua, capparibus deſalitis, prunis, paſſulis, ſenna, pulpa carthami, tamar. ind. duobus, tri-

bus, aut pluribus ex iis, quorum omnium vel vnius decoctum datur manè cum regula.

Sumunt aliqui gallum gallinaceum verberibus multis conflictum & occisum prædictis oppletum: optimè nitroſa ſua ſubſtantia & ſalſa ventrem ſoluit, inteſtináque roborat. Ad eumdem ſcopum diſpenſantur ſyrupi ſolemnes, vti & violaceus, de cicho. cum rhab. roſaceus & ſimiles. *Galli decoctum laxat.*

Gerant ditiores annulos aureos pretioſa aliqua gemma decoratos, quibus exhilarentur diætæ ſuperiori incumbendo.



DE CVRATIONE MVLIERUM Epilepticarum.

CAP. XVIII.



QVO præcipuè me impulèrunt, cur mulieres epileptico inſultu correptas in hoc Caput tanquam operis extremam calcem collocarem. Primum extitit confuſionis remediorum, diſtinctioníſque ſymptomatum cõſideratio;

(tametsi non ignorem epilepsiam ægritudinem esse vtrique sexui cõmunem) à quibus vera cognitio, germanáque curatio, multis difficultatum inuolucris, si promiscuè tradita fuissent, implicita restitissent. Secundum se obtulit doctissimi Celsi monitio, qua indicat homines magis & frequentiùs hoc insultu agitari: in quibus tractandis optimos medicos sumus imitati: ij siquidem morbo simul & symptomate prementibus ad hoc magis, magísque acutum totis se conuertunt viribus, spectata morbi, eiúsque causæ delendæ occasione. Abeant ergo procul hinc zoilorum argutiæ nos hominis partem adeò caram, apprimeque necessariam, tum ad speciei conseruationem, rerum domesticarum vsum, tum etiam ad vitæ humanæ cursum paulò leuiùs transigendũ, tanquam naturæ excursum, παρέργον Græcis, aut animal mutilum intactam reliquisse, cum à viro solùm accidentibus quibusdam, vtpote temperie, & partium genitalium structura, non forma differat. Mulierem igitur quæ vel leui data occasione solet ægrotare in hoc caput transtulimus, in quo earum naturam

Minùs laborãt mulieres epilep. propter fluxũ naturalem, &c. quàm homines.

Mulier dicitur animal casu factum & accessoriè arist. l. 2. de ort. c. 1. & 17. Gal. l. 6. & 7. de vsu par.

effætam & mollem, quantùm feret locus, paucis diſcutiemus. De natura muliebri multa protulit venerandus ſenex quæque præſertim proueniunt vteri vitio. Mulierem non affligi podagra aſſerebat Hippoc. niſi menſtrua defeciſſent & alibi multa & varia refert. Si, inquit, mulieribus, menſtrua immodicè fluant, morbi accidũt; & ſi nõ flant morbi cõtingũt ex vtero: quippe ſi vltra conſuetũ tẽpus copioſiùs & pluſquàm par ſit fluxerint, ex immodica quæ inde ſequitur corporis refrigeratione vires minuuntur, actiones læduntur ab inducta intemperie, quæ eaſdem nata eſt impedire: vnde morbi infiniti. Maiora ex retentis ſymptomata enaſci docemur experientia quotidiana, veluti pulmonias phrenitidem, anginam, tabem, pleuritim, nephrit. hydropem, icterum, cachexiam, vteri tumorum omne genus, vlcera, febres & continuas, & intermittẽtes, quid multis? ſanguine regurgitante ad partes ſupernas calor ſtrangulatur: quandoque etiam perculſis punctíſque cerebri menyngibus, deliria, maniæ, epilepſiæque mouentur ob conceptam deprauatam qualitatem, vt nobis non ſe-

6. apho. 29

5. apho 57

Ex Hipp. de morbi

mel licuit experimento assequi, quæ omnia domos persæpe tristitia replent ob mulierum suspiria & planctus, quibus domesticos ἀμεινητὶ affligunt eorúmque capita obtundunt, vitam sibi acerbam profitentes. Num minuantur, aut deprauentur menses, vel prorsus aboleantur perpendemus, ne virus iis foueatur; num etiam sit affectus per protopathiam, aut sympathicus; primum deprehendes ex ingenio illarum hebete, ex notis ab Hipp. latis, somno longiori, (etsi ferè mulieres omnes somnum integræ noctis in multam lucem protrahant) arctioríque & profundo, in regione frigida & humida, ex sensu stupido & colore cinereo. Secundum ex aliis partibus ortum habere cognosces ex earum primò symptomatis sensu: veluti affecto ventriculo aderit cardiogmos in accessione, ptyalismus, nausea, vomitus tandem & aurium tinnitus ob consensum: ex vtero autem à suppressis mensibus, aut semine vti in viduis, virginibúsque apparet, refrigeratio, horrórve totius spinæ dorsi, vsque ad occiput ob vteri sympathiam. Iam ab annis circiter quatuor, & primis ge-

In coacis praenot.

ſtationis temporibus experior quaſdam fœminas partubus fœcũdas inſultu epileptico agitari, idem retulit. Fernel. nam cùm fœtulus ſit adhuc tenellus & imbecillis ſubtiliorem duntaxat ſanguinem prolectat, & ex reliquiis aura maligna concipitur, à qua deinde epileptica exſuſcitantur accidentia; vbi verò grandior exiſtit & paulò viuidior, purum ſimul & impurum ſanguinem prolicit, & parenti occaſionem tanti ſymptomatis præripit: & quibus grauidæ picant mẽſtrui portione aliqua ad ventriculum tranſmiſſa à quo aura venenata euolat, ſtomacho etiam compatiente, inappetentia, cardiogmos, & eiuſdem menſtrui fumis laceſsitum cor palpitat, deliquium frequens adeſt, quinetiam compatiente cerebro non paucæ epileptıcè conuelluntur, quæ omnia, vt tetigi, ſolẽt diſparere grãdiore puello. Aliarum verò partium ſigna quomodo detegantur ſuprà ad amuſsim monſtrauimus, excitẽtur igitur à paroxyſmo aliorum epilepticorum inſtar, ſed diligentiùs, ne capitis & totius corporis violenta iactatione ſibi ipſis & fœtui, ſi vtero gerant, grauem noxam inferant, earum

Hiſtoria quarundã nobiliſſ. fœminarũ.

os diducendo, fuso panno sericeo, aut lineo molli obuoluto ne linguam rescindant & labia violent, palatum præterea sinapi, pauco pipere, theriaca, mithrid. aut diaphœnicone oblinietur, olea calida auribus instillentur, & aliquid alexiterij exhibeatur quo subitò excitentur à casu. Mulierum remedia erunt diuersa; sed præcipuè grauidarum, quæ molliter ϰὴ φιλανθρώπως regi & tractari debent, his remediorum formulis, aut consultioribus à quarto mense vsque ad septimum, si materia turgeat.

℞ Decocti omentorum veruecinorum, adiectis florum chamo. melilo. & furf. ana p.ij. lib.j. in colat. dissol. casiæ aut cathol. sacchari commu. ana ℥ j. mellis rosſ. col. & olei chamo. ana ℥ ij. fiat clyster, & detur instante nouilu.

℞. Mannæ calabrinæ ℥ ij. rhab. opt. irrorati aqua endiu. ʒ j. cinnamo g. 4. semin. contra vermes g. iij cum iusculo pulli, fiat potio, detur manè cum regimine. vel

℞. Rhab. opt. ʒ j. ſ. agar. trochiſ. scrup. ij. spicæ nardi & caryoph. an̄. g. vj. infunde in aquis cichorij & artemisiæ, aut in earum tinctura, additis senæ ʒ iii.

[..]4 apho p.
[C]lyster.
[P]otio bre[u]is.
[..]lia po[..]

est siquidem omnium medicamentorum blandissimum calcar, colaturæ dissolue cathol. ℥ ſ. syrupi ros. solut. ℥ i. corallinæ parum, fiat potio detur vt suprà.

℞. Conseruæ flor. anthos, saluiæ & violar. ana ʒ vi. diamarg. frigid. siue mosch. & campho. ʒ i. ſ. ligni aloës veri ʒ ſ. ſ. theriacæ, radi. & semin. pæon. scrup. ii. cùm syr. scillit. fiat epit. solidum, geratur suprà regionem cordis cum pannis coccineis. *Epit.*

℞. Olei è nuce mosch. ʒ ii. applicetur horis serotinis regioni ventriculi calidiusculè admoto linteo conuenienti: huius vice applicetur emplast. ceroneum pro stomacho, & matrice, forma scutifera. *Oleum p[...] ventricu[...]*

℞. Semin. anisi & fœni. ān. ʒ ii. cinnamo. ʒ i. macis, nucis mosch. & pulueris contra epilep. ana scrup. ii. sacchari maderati ℥ vi. aquæ ros. caillit. & cardui benedicti ana q. satis, fiant tabellæ quibus vtantur longè à pastibus, & præsertim manè. *Tabellæ optimæ.*

Delicatiores & ditiores vtantur tragematibus ex aniso, fœniculo dulci, coryandro, cinnamomóque conditis, post *Tragem[...] ta.*

singulos pastus, nihil superbibendo aut comedendo.

Iuscula alterari debent. Si interdum ob viriũ imbecillitatem, aut consuetudinem dentur iuscula, alterentur vna ex verbis in regimine recensitis, molliùs agitentur in paroxysmo metu aborsus, vtantur syrupo aut melle scillitico in nouilunio præcipuè, caustica & phlebotomiæ ante conceptionem prosunt in quibusdam sanguineis, quæ partus suos edunt 7. aut octauo mense sanguine obrutos, vt sæpius vidi: id technicè prospiciemus. Hęc grauidis. Cæteris epilepticis, & quæ non purgantur per vterum sequentia tribuimus. Iniiciatur clyster emolliens & carminans qualis.

℞. Acanthi, bismal. calament. matri-car. absynt. & serpilli ana m. i. pruno. p. vj. flor. chamo. anthos. centaurij mino. & flor. stech. ana p. i. semin. fœni. ℥ iij. fiat coctio ad lib. i. in qua dissol. diaphœ. vel hieræ picræ & diapru. ana ℥ vj. sacchar. cõmunis vnc. i. mellis mercur. vnc. ii. olei anethi vnc. iij. misce, fiat clyster, detur ante sequentia, vna hora ante cœnam.

Potio purgans. ℞. Rhab. opt. & agar. trochis. añ. ℥ i.

zinzib.& cinnam.ān. scrup.ʒ infunde in decocto beton. passula.rad. pæon.flor. anthos,seminis anisi,& folio. senæ separat.infu.q.s. colat.dissol.cathol.ʒ.iij.diaphœn. ʒ ij. vel diacart. syrupi rof. sol. vnc. i. santonici parùm,fiat potio,detur manè cum custodia.

In sanguine detrahendo perpendamus an sint valetudinariæ, aut solùm hoc accidenti premantur : nam ratione ægritudinum mulieribus per superiores venas, ratione verò mensium retentorum per malleolos, & saphœnam sanguinem detrahimus. *Phlebotomia.*

℞.Radicum 5. aperitiuarum & pæoniæ añ. vnc. i. buglossi vtriusque & cichorij cum totis,fumariæ,callitrici,scolop.agrimo. & artemis. añ.m.i. glycirr. rasæ,& cort.inter.tamar.añ.ʒ vj. cort.citri, & santal. muscatel. ʒ ij. semin.anisi, sesel.pæoniæ, & fœnic. añ.scrup.ij. flor. cord.añ. p.i. cicerum rubeor. p.i.ß.passula.purgat.& folio. senæ añ.vnc.ij. polypodij querni recentis ℥i.s. pulpæ carthami ʒ vj. agar. recenter trochis. ʒ iij. zinzib. ʒ i. fiat coctio secund.artem.colat. dissol. mellis pæoniati & syrupi scillit.añ.vnc.ii. misce fiat apoz.clarum pro *Apozema.*

3. dosib. manè.

Adde vltimæ infusi & expresi rhab. scrup. 4. tabellarum nostrarum ʒ ii. ß vel ʒ iii. syr. ros. sol. vnc. i. detur cum maiori custodia.

Detracto sanguine per venas brachij, si subsit summa copia à mensibus retentis, aut alio interno affectu, aperiatur saphœna alterutriusuis pedis, & sanguis quantitate debita detrahatur: fiant frictiones crurum, tibiarum & pedum deorsum versùs, vt menses foras vergant, amplexuíque venereo legitimo incumbant, vtantur præterea iusculis cicerum rubeor. cum radicib. petrosel. fœni. cinnamo. & pauco croco. & maximè aqua chinæ, aut sassafras pro potu ordinario, balneentur, deinde hoc sequenti balneo, aut semicupio.

Tot atu igna in raxi.

alneum.

℞. Radicum bismal. enulæ campan. cucumer. agrest. & brioniæ añ. lib. i. beton. artemi. matricar. callitrici, filipend. sabinæ, sampsuchi, maluar. añ. m. ii. chelidoniæ cum toto m. ij. flor. anthos, stech. melilo añ. p. iii. sem. in. fœnugræ. & fœni. añ. lib. ſ. fiat coctio in aqua fluuiatili, vel fontana pro balneo, aut encatismate trium dierum, manè sine sudore.

℞. Muris masculi vnc. i. belzoni. vnc. ſ. nigellæ roman. florum roſ. anthos, artemiſiæ ſiccæ, & nucum cupreſsi añ. ℥ iii. macis, gall. moſch. & garyophil. añ. ℥ i. ſ. pulueris irid. florentiæ ſcrup. 4. miſce, fiat puluis craſsior pro ſuffitu vteri horis ſerotinis; aliàs ſequens peſſarium indi poterit filo cruri appenſum. *Suffitus.*

℞. Pulueris hieræ picræ, ariſtolo. rotundæ, & pulpæ colocynt. añ. ℥ i. myrrhæ ſcrup. ii. elec. indi. maio. ℥ ii. cum ſucco mercur. aut tanaceti, fiat peſſarium ad molem digiti, indatur vt dixi hora ſomni. vel *Peſſariũ.*

℞. Benedictæ & nigellæ roman. añ. vnc. ſ. agar. trochiſ. pulpæ colocynt. ana ℥ ii. cum ſucco ſampſuchi, vel anagal. fiat peſſarium, vt ſuprà immittatur, cum panno ſericeo rariori ad formam prædictam. *Aliud.*

℞. Myrabol. condit. cort. citri, & zinziberis virid. etiam condit. ana ℥ iii. rad. eryngij & ſatyr. ana ℥ ii. mythridatij veteris ℥ i. ſ. lumborum ſtrucorum, priapi tauri, diamoſchi dulcis, & puluer. cõtra epilep. añ. ℥ i. ambræ griſæ g. viii. cum ſyrupo confer. corticis citri, fiat opiata, qua vtantur ad quantit. caſtaneæ *Opiata.*

ſingulis diebus manè,ſuperbibendo parùm vini Hippocratici.

Aduert. Aromata muliebria ducunt,& ad alia forent vtilia, niſi capitis efficerent grauitatem: oportunè ergo in epilepticis vſurpari debent, ne cerebro officiant, virus ſopitum commouendo:multa occurrunt in praxi, quæ breuitati compendioſæ ſtudentes ſerio inuoluimus ſilentio,ſingula aliquando allaturi.



CONSILIVM PRO QVODAM nobili viro epileptico,qui incubone olim, tandem epilepſia laborauit, & mihi ſcribendi anſam præbuit.

CAP. XIX.



VID pollicerētur tot noctúrnæ pectoris compreſſiones, quibus veluti onere Aetna grauiori importunè premebare, Vir Nobiliſſ.à me non raró es percunctatus,eo præſertim tempore, quo cibis pauló plenioribus, vel liberalioribus,mero,Veneríque indulgere,ſeu

potiùs abuti ſolebas: quarum rationes, cauſas,& curandi leges, te perſæpe poſtulante tractauimus, & excuſſimus, ponderata rei tam gratæ, conſilio & examine dignæ,ratione:cuius repetitio, præclara, ſed horrenda dictu materia, nobis valdè, arridebat, & tibi admodũ, vt mihi ſæpe de hac diſcurrenti ſignificaſti, dictu fuit grata & auditu. Summum erat argumentum ex quo non exiguum epilepſiæ imminentis metum tibi multis vicibus incutere ſum auſus: vt te citò, tutò & iucundè rei magnitudine perterritum ad remedia manuducerem,quod præſtiti varia ratione,multorum exemplis,tuóque iam incommodo & ſummo damno. Tui igitur gratia ſoli mihi cogniti,quæ olim à nobis prolata sũt,vel opprobrij vice, tua pace dixerim, paucis recenſebo, dum in mentem reuoces,affectum illum,quo imprimis tenebare,dici ſymptoma, ſeu læſionem imaginatricis facultatis, & præcipuè motricis, cùm qui eo detinentur, vt teſtaris ipſe, maximo pondere inter dormiendum comprimi putent, deprauatè imaginentur, & difficultatem habeant anhelandi ob reſpiratorios neruos, &

vocales obstructes à crasso vaporum è pectore, hypochondriis, & ventriculo ascensu, somni primi initio, ex multorum huic affectioni obnoxiorum testimonio: fumis namque anteriorum ventriculorum corpus oppletur, & imaginatio, motúsque impediuntur, in iis certè, qui multa intemperie & humoris melancholici copia abundant, aut crapulis, otio, impuráque viuẽdi regula obruuntur. Hanc affectionem quidam antiqui ex Hippocrate à dęmone fieri dicebant, vel etiam à coëundi desiderio: vnde incuborum, & succuborum nomina orta putantur, quòd qui eo laborant, noctu quiddam sibi incumbere putent, à quo inuaduntur & opprimuntur cùm difficili respiratione, immobilitate & voce præpedita, vt propè suffocari videantur, nec clamare possint dum velint: eorum meminit Bodinus in sua Demonomania. Plin. nocturnas suppressiones, incubum vocat, Auicen. pingationé, cùm ex sermone omnium qui hoc symptomate laborant, in eo adsit diaphragmatis, & pectoris summa compresio, & respirandi non exigua difficultas, noctu præcipuè, quo tempore ob peristasim ex-

l. de morbo sacro.

Incubus quomodo vocetur.

crementa minùs in cutem effloreſcunt, nec diſsipantur,aut abſumuntur ab ambiente, vti lucis ope accidit. Cauſam ipſe fouebas internam duplicem, caloris videlicet tui ventriculi remiſsionem, crudorúmque excrementorum coaceruationem: nam cùm iecore ita ſis & eſſes calido, à quo multa in ventriculum eructabantur cruda, inde fiebat, vt aucto alimentorum vſu magis in dies afflictarere per ſomnum, primùm ephialte, ſeu incubone. Te in huiuſcemodi affectum propenſum præſtabat ſupinus decubitus, & in dorſum, cui aſſuefactus fueras à teneris, vt ferebas, quòd ab eo venæ cauæ adſcendentis maximus ramus calefieret, & vapores ex eo ſurſum in caput per pectus efferrentur: nam ex conſilio Auicēnę decubitus ille ad apoplexiam,epilepſiam, ſimiléſque affectiones acquirendas diſponit:ad melancholiam morbum pronus ſemper extitiſti, iure quodam ſeminario, ſtudio, & viuendi regimine, quia leguminibus,tuberibus montanis, caſtaneis, bubula, porcina, venatoriáque carne continuò veſceris contra noſtrum, & omnium medicorum iuſſum, idcircò multis flati-

bus ſæpè detortus, incidis in ſyncopem, incubonem, & hodierno die in epilepſiam; te iuuabant, iuuántque cauſæ externæ, aër præſertim frigidus, & propemodum hyemalis, à quo fumi, vt iam dixi & ſuperflua prohibentur denſata cute, caloréque interno ſatis imbecilli, & penè obruto: & quia nunquam à ſomno, ſtatim poſt cibum voluiſti excitari, tot indigeſta in ventriculo cumulaſti à quibus iuuatur, aut renouatur paroxyſmi hiſtoria. Hãc metaſtaſim prioris ſymptomatis in epilepſiam initio ſumus perbellè profeſsi, dum in vetitum niterere: dum, inquam, præſidiorum omne genus longè latéque reijceres, quibus, vt aiebas, nunquam anteà eſſes vſus: ſed poſthabitis quæ nullius ſunt vtilitatis, aut progreſſus, attentiùs quæ ſuprà ſunt latæ ab authoribus, & à nobis ſententiæ & rationes, quibus iam te præſente vtor valde familiariter, tibi ſunt non oſcitanter perpendendæ, ne impoſterum eadem tibi epileptico, quæ quondam ephialtico, dum ſola ferè victus optima ratio ſuffeciſſet, improperabamus, obiiciãtur intrepidè. Cùm ergo iam factum ſit, vt in humoribus venenata qualitas,

quam multis, & verbis, & adminiculis impugnauimus & expunximus, concepta sit, téque in insultum præcipitet frequenter epilepticũ ab aliquot mensibus, omni arte, nulla vel leui acta morbi radice his aut similibus causã delebis, seruato vitæ regimine à nobis præscripto.

℞. Pariet. mercur. vtriusque maluæ cum toto ana m. j. hordei, furfur. flor. rosſ. & melilo. ana p. i. semin. sesel. anisi ana ʒ j. agarici vilioris ʒ ij. pruno. sine ossibus p. vj. fiat coctio ad lib. i. in qua dissol. mellis anthos, sacch. comm. & cassiæ pro enemat. ana vnc. j. olei anethi & lilior ana vnc. i. ſ. fiat clyster, iniiciatur hora commoda. *Clyster.*

℞. Cassiæ recenter è canna detractæ ʒ vi. cathol. opt. ʒ. iij. puluer. semin. pæon. & cinnamo. ana g. v. cum sacchаro fingatur bolus vorandus manè cum syrupo violaceo, aut nebulis. *Bolus.*

Postridiè mittatur sanguis de basilica sinistra, ad vnc. 4. plus aut minùs pro conditione sanguinis & virium robore. *Sanguinis missio.*

℞. Radicum fœni. aspar. cort rad. cappar. & tamaris. omnium mundat. ãn. vnc. i. ſ. radi. graminis, polypodij querni, passular. & glycirr. ras. ana vnc. ij. fol. *Apozem.*

senæ vnc.i.ſs.iuæ moſch.chamæpyt.bu-
gloſsi, valerianæ, beton. endiu.ana m.i.
flor.cord. ana p.i. ſemin.pæon. aniſi ān.
ʒ i. agar. recenter trochiſ. medullæ car-
thami, epyt. cret. ana vnc.ſs. caryophil.
ſcrup.ii.fiat coctio ad lib i.in qua diſſol.
ſacchari roſ. vnc.4. diamoſchi dulcis ʒ i.
miſce,fiat apoz. clarum pro ʒ matutinis.

Infunde in portione vltimæ doſeos,
rhab.ʒ i. ſs. colat.diſſol.diaſenæ ʒ iij ſyr.
roſ. ſol vnc.i. fiat potio detur cum dili-
Puluis. genti cuſtodia.

℞. Viſci quercini,ſemin.& rad.pæo-
niæ,fragmentorum ſmaragdi, & vnguis
alcis ān. ʒ i.cinnamo. & caryophil. ana
ſcrup.ij.ambræ griſæ & moſchi ān.gr.vj.
ſacchari lib.ſs. miſce, fiat puluis,quo vta-
tur epilep poſt ſingulos paſtus per ſpa-
tium vnius menſis,ab vſu ſuperiorum,&
Balneum ſequentis balnei.
humectās.

℞. Bugloſsi borrag cum radicibus
propriis, meliſſæ, pimpinellæ ān. m. 4.
ſerpylli m.ij.flor. roſ. pomorum, nym-
pheæ & florum cordial.modò recupera-
ri queant, ān. p.iii.ſemin. aniſi vnc.4. ad
odorem & gratiam conciliandam , fiat
coctio in aqua electa pro balneo per
triduum,ſine ſudore manè.

℞. Cerati ſantal. loti aqua endiuiæ vnc.iii. applicetur in exitu balnei & deterſo madore.

Admoueatur cauſticum ex capitello in brachij ſiniſtri deltoide muſculo: protrahatur vlcus in dies multos.

Aduentante æquinoxio verno repetantur remedia præſcripta; niſi meliùs habuerit toto autumnali, & hyemali tempore: Vſum lactis aſinini, aut caprini concedimus cum multo ſaccharo per menſem manè, omiſſo tunc temporis puluere iuxta apozema præſcripto: terram mutabis.

Verè medicamēta vt plurimùm exhibenda.



QVID NOMINE MALIGNAE qualitatis ſit intelligendum.

CAP. XX.



AVRAE corruptæ, qualitatis malignæ, & virus epileptici, eiuſdémq; generis nominū in allatis ſatis meminiſſe videmur. Iam quid illud extet, quod tale ſortitur nomē, quid eius natura, exiſtendíq; modus, ſupereſt vt rudi, quod aiũt, carbone depingamus; quod per eius na-

turam, imperfectam ſatis & mancã ſubſtantiæ alicui labefactatæ inhærentem accidẽtario more probaturum me non diffido, ſed imperfectè à priori: maximè cùm illam latere ſenſus noſtros, quorum ope humana cognitio perficitur, fateantur philoſophi & medici omnes: qua in re nõ eſt quin demirer quorũdam inſcitiam temerario quodam nixu ſuadentium rei cuiuſlibet certam cognitionem per demonſtrationem dari debere cõtra Ariſtotelis edictum, cùm à poſteriori & per horrenda καὶ ἄῤῥητα ſymptomata mancam huius qualitatis cognitionem deprehẽdi putem. Fernel. huius luis naturam tetigit his verbis: Cùm igitur venenũ ſit, & qualitas maligna (& venenum non id dumtaxat appellamus, quod cordi vitæque principio ſit infenſum, ſed quidquid tota ſubſtantia, & cœca vi facultatum ſubſtãtiam, vel extinguit, vel laceſsit, & cœco modo earum functiones offendit) quæ mouetur à parte cui impreſſa eſt generationis tẽpore, in illis ſaltem quibus hæreditario quodã iure hoc accidit. Et alibi; Venenata qualitas, inquit appellatur, cuius vis & pernicies ſuprà vulgaris putredinis

1. de demonſt.

l. 2. de abd. rerum cauſis c. 11.

. 4. pathol. . 17.

cõditionem exitt... Hactenus ille. Quid ergo à nobis proferri poteſt, aut referri ex hac rabie quod non ſit occultum, & multis difficultatibus inuolutum, conceptum in quauis corporis particula, humore extraneo cõiunctum & coinquinatum, parentum, cœli, aëris vitio, aut alio modo comparatum? idipſum dicere licet de qualitate peſtilenti cordi & vitæ inimica, déque labe venerea hepati & toto venoſo generi infenſa, quorum omnium qualitatem deprauatam, vt accidens & eſſe incompletum, ita nobis ignotum libera profeſsione obteſtamur: niſi vt dixi à poſteriori, & per effectus. Quoniam igitur hæc qualitas latet abdita corporis latebris, multáque obſcuritate implicita eſt, præ ignauia tamen ſinenda non eſt, ſed diligentiùs indaganda; ſi non ſenſuum miniſterio & à priori, ſaltem effectis & operibus; vt tandem eorum beneficio comparata alexiteriis, modò cacochymia & plethora auferantur, ne vtriſque pernicies occulta foueatur, inualeſcat & antidotorum vis infringatur, de medio tollatur.



DE MVLTIS PRAESIDIIS quæ proprietate Epilepsiam oppugnant ex variis authoribus & nostro experimento.

Cap. XXI.



VLTVM operis ad insultũ epilepticorum oppugnandum in supralatis collocasse videmur; optat hic locus vt quædam paratu facilia finem faciant, quorum ope, & allatorum, venenũ pro certo & paroxysmi grauitas expugnabũtur. Multi nugiuenduli, sufflones, imò & quædam mulierculæ dolo malo, & insigni temeritate tumescẽtes reperiuntur hac tempestate, quæ innumeris arcanis ad morbos quoslibet profligãdos abundare se palàm profitetur, quarum insolentiam vt euertamus, minima quæque, quæ ad medendum sunt oportuna tenebimus, quorum indagatio est satis anxia, cùm illorum proprietates arduæ sint, vt plurimũ, & procul à nostris sensibus positæ, quas idcircò solis effectis & operibus venandas existimo, aut quærendas,

rendas ex authorum monimentis, quî longa obſeruatione, & vſu artem compleuiſſe videntur; medicamenta verò ſuperiora & quæ hîc corollarij loco affiguntur, modò manifeſta, modò occulta proprietate virus epilepticum, Dei Opt. Max. præſidio deſtruent abſque dubio ergo

℞. Radicum pæoniæ maſculæ, & enulæ campa. ãn. vnc. ij. radi. ſcorzoneræ vnc. i. radi. ſolani, viſci quercini ãn. vnc. i. ſ. pomorum odorifer. in taleol. diſſec. & arundinum iuuencul. ãn. n. vj. bugloſsi vtriuſq; cum toto, rutæ, filipen. callitrici, beton. & hyſſopi ãn. m. i. florum anthos, thymi, ſtech. vtriuſque ãn. p. i. ſ. ſemin. ſeſel. fœni. aniſi. pæon. agni caſti ãn. ʒ i. ſ. inciſa minutim infunde omnia in vini albi lib. 4. per diem artificialem addendo theriacæ veteris & probatæ, mithridatij antiq. ãn. vnc. iij. inſtillẽtur in balneo mariæ, hac vtantur epileptici omnes, qui ſeptimum annum euaſerunt ad vnum cochleare manè. Quidam vir nobiliſſ. doctus & prudens per triginta annos perpetuos vſus eſt ſequẽti remedio cum ſummo caducorũ fructu, quod à doctiore medico fuerat olim

Aqua theriacalis mirabilis.

mutuatus hac ferie;accipiebat foliorum saluiæ, callit.maio.rorisma. cardui bened.pimpinellæ & borrag. ãn. m.i. radi. rutæ, angelicæ, & solani ãn. vnc.i. visci querni ℨ vj.rad pæon.& semin. eius ãn.ℨ ij.cinnam. macis, cariophil. ãn.ℨ i. cicerum rubeorum & lentium ãn. p. i. coquebat lento igne in aqua ad lib. i. tres doses parabat,quibus addebat mellis anthos,& syrupi de pom.ãn.vnc.ij.per tres dies exhibebat cõuenientem dosim, dato imprimis leui ex senæ & rhab. infuso. 3. quoque die renouabat decoctum vsque ad nouem doses, manè deambulando leuiter vna, aut duabus horis. Sumptis dosibus, duo oliuaria vel caustica admoueri præcipiebat propè scapulas,non admodum profunda,aut fonticulum prope cerebellum:id mihi sunt multi testati, antequam tanti remedij copiam ab illo sumerem, quo deinde sum vsus feliciter.

Potiones nō vulgares.

Trallianus arcanum absque pari recenset in cura epilepticorum:accipe, inquit, solani radicem luna decrescente, tundito in mortar.marmoreo, & primo die sume succi illius cum aqua stillatitia aliqua ex cephalicis ℨ i. augendo sin-

gulis diebus ʒ j. vsque ad quindecim, est summum remedium: ego soleo addere mellis scillitici parùm, quo gratior sit & vtilior.

Grana rutæ ad tertiam nummi partem id est, ad scrup. 1. cum oxymelite, manè in nouilunio, fugant paroxysmũ.

Castoreum malignam qualitatem debellat ad g. vj. eadem forma ex Mateol. in nomenclatura remediorum.

Radix scorzoneræ, aut succus eius ad ʒ i. aut decoctum ad vnc. i. idem præstat hac valdè familiariter vtuntur Hispani, optimo exitu.

Iecoris asinini præparati ʒ i. leuat à paroxysmo ex Mateol. *Torretur in fumo.*

Idem facit decoctum plantaginis, lentium, radicis eryngij, cum pauco semine pæoniæ masculæ.

Vngula asini & lapides reperti in ventriculo hirũdinum, illa ad ʒ i. hi ad scrup. i. obstant accessionibus epilepticorum ex Diosco. aqua stillatitia cerasorũ dulciũ sumitur manè ad vnc i. cum vnc. ſ. mellis, vel syr. scillit. remedium est haustu facile & viribus mirandum.

Oleum sulphurinum chimicè extractum ad guttas duas cũ syrupo de stech.

ad vnc.ſ.datur vtiliter tẽpore paroxyſmi, ruta eodem tempore naribus admota, collo, capiti & extremis corporis partibus, cum frictione eſt eiuſdem claſſis.

Cardamomum ex Dioſcor. datur ad ʒ i. vnguis alcis ad ʒ ſ. per tres dies ante caſum cum iuſculo carniũ foliis hyſſopi & bugloſſi alteratũ omnibus eſt remedio.

Puluis brioniæ ãn. ſcrup. 5. cum iuſculo conuenienti per menſem, epilepſiam curat. filipendula puluerata, cibis conſperſa, vrinas mouet, & humorem virus fouentem. Matiol. c. 68. l. 3.

Viſcus quernum diuinam præſtat opem ad ʒ ſ. cum ſaccharo per tres dies manè ante acceſſionem.

Semen pæoniæ maſculæ, eiuſdémque radix ſunt huius morbi vera alexiteria. Coagulum leporis datur ad ʒ j. manè eadẽ forma ex 10. ſimpli. medi. facult. c. vj.

Lapis armenius multùm prodeſt, ex Matiol. c. 65. l. 5.

Theriaca, mithridatiũ, & aurea alexãd. ſunt compoſitiones ad hãc rem opportunæ pro ratione ætatis exhibitæ, ad maiorẽ Dei laudem, & gloriã ſempiternam.

FINIS.

J.-



